(22)

SPECIMEN EMENDATIONVM

IN

AVTORES VETERES

CVM GRAECOS TVM LATINOS

EPISTOLA CRITICA

AD

VIRVM CELEBERRIMVM

CHR. G. HEYNE

AVTORE

F. JACOBS.

NAZIONALE DI NAPO

GOTHAE,

SVMPTIBVS C. G. ETTINGERI

cIↃ IↃ CCLXXXVI.

Multa erant, Vir Illuſtris, quae, vt iuuenile hoc emendationum mearum ſpecimen Tecum potiſſimum communicarem, animum meum mouebant. Primum enim opportunitatem quaerebam, qua Tibi gratum beneficiorumque memorem animum oſtenderem; deinde vero, cui aequiori iudici mea ſubmitterem, neminem circumſpicere poteram.

Aequo itaque, quo ſemper in me & mea vſus es, animo, hoc qualecunque in re critica periculum accipias. Vtinam dignum ſit, quod Tuis teneatur manibus, dignum tanto, quo inſcribere auſus ſum, nomine. Si vero, quod nullus dubito, paſſim offenderim, id huic iuuenili aetati condones, in qua forſitan ma-

gis, quid velimus efficere, quam quod effecimus, ſpectandum eſt. Maturior aetas maturiora dabit. Tu vero, Vir Celeberrime, in literarum vtilitatem diu viuas & vigeas, & ſi ab occupationibus Tuis, quae plurimae & grauiſſimae ſunt, aliquid otii datur, nonnunquam etiam me reſpicias, meis ſtudiis faueas & iuuenilem greſſum dirigere pergas. Scripſi Gothae. menſe Iulii CIↃ IↃ CCLXXXVI.

CAP.

CAP. I.

Hymnus in Cererem, quem nuperrimis Rhunkenii V. cl. curis egregie expolitum accepimus, in plurimis quidem locis, ipſius editoris & aliorum acumine, optime emendatus, tamen huc & illuc correctione indiget. Corruptiſſimus facile in toto carmine locus eſt, vbi de Mercurio, ad Plutonem miſſo, dicitur (v. 342.)

Τέτμε δὲ τόν γε ἄνακτα δόμων ἔντοσθεν ἐόντα
ἥμενον ἐν λεχέεσσι σὺν αἰδόιῃ παράκοιτι
πολλ' ἀεκαζομένῃ μητρὸς πόθῳ ΗΔ'ΕΠ' *ἀτλήτων*
ἔργοις θεῶν μακάρων μητίσετο βουλῇ.

In his nec ſenſus nec metrum ſibi conſtat. Facile apparet *πόθῳ — ἀτλήτῳ* & mox ε. *ἀθανάτων μ.* ſcribendum eſſe; ſed in reliquis nil niſi hariolari licet. Probabis tamen, ſpero, Vir eruditiſſime, quae ſuſpicatus ſum

— σὺν αἰδόιῃ παράκοιτι
πόλλ' ἀεκαζομένῃ· μητρὸς πόθῳ ΕΙΧΕΤ' *ἀτλήτῳ*
ἔργοις δ' ἀθανάτων μακάρων μάλα μήνιε δὺλοις.

"*Ingenti* enim matris *tenebatur deſiderio*, & *pernicioſis* deorum factis ſ. conſiliis, qui ipſam Plu-

 toni

toni tradiderant, *valde iraſcebatur.*" πόλλ' ἀεκαζομένην ſic dictum reperimus v. 411. & Iliad. VI. 458. καὶ κεν ὕδωρ φορέοις — πόλλ' ἀεκαζομένη. etiam Od. XIII. 277. Illud ἀτλήτῳ πόθῳ firmari poſſit Epigrammate Pauli Silent. VII.

> Εἶδον ἐγὼ ποθέοντας· ὑπ' ἀτλήτοιο δὲ λύσσης
> δηρὸν ἐπ' ἀλλήλοις χείλεα πηξάμενοι,
> οὐ κόρον εἶχον ἔρωτος,

ſed ille ſcripſiſſe videtur:

> ὑπ' ἀπλήστοιο δὲ λύσσης.

vt ipſe Epigr. XII. ἀπλήστου Κύπριδος ἐργατίναι. Longus I. p. 19. πᾶσαν αὐτὴν ἔβλεπεν ἀπλήστως. II. p. 40. ἀπλήστως ἐνεφόρουντο τῆς ἡδονῆς. Philodem. Epigr. XVI. καὶ πῦρ ἀπλήστῳ τύφετ' ἐνὶ κραδίῃ. — ἔχεσθαι πόθῳ vero in laudato Hymni loco, eodem modo dicitur, quo ἔχεσθαι μανίαις ap. Platon. p. 940. D. μάλα μῆνιε, vt in Odyſſ. XVII. 14. Vt hic vocem αθανάτων reſtituimus, ſic ea eximenda eſt fragmento Thebaidis Antimachi, quod in collectione reliquiarum huius poetae, a Schellenbergio accurata doctrina inſtituta, XIII. eſt, & apud Athenaeum XI. p. 475. ita vulgatur:

> Κήρυκας ἀθανάτοισι φέρειν μέλανος ξινοιο
> Ἀσκὸν ἐνίπλειον κελέβηΐον ὅττι φέριστιν
> οἶσιν ἐνὶ μεγχάροις κεῖται μέλιτος πεπληθός.

"*Ingen-*

Vides Vir. Ill. in talibus nonniſi incertam criticam inſtitui poſſe. Tamen Antimachus ita ſcribere potuit:

Κήρυκας θ' ἅμα τοῖσι φέρειν μέλανος οἴνοιο
Ασκὸν ἐνίπλειον, κελέβειον θ' ὅ, ττι φέριστον,
οἶσιν ἐνὶ μεγάροις. κ. μ. π.

Sed ad Hymnum noſtrum reuertamur. — Proſerpina, a Plutone matri remiſſa, ei raptus ſui hiſtoriam narrans, ego, inquit, cum Pallade, Diana & Nymphis

425. Παίζομεν ἠδ' ἄνθεα δρέπομεν χείρεσσ' ἐρόεντα
μίγδα κροκόεντα γάνον καὶ ἀγαλλίδας ἠδ' ὑάκινθον,
καὶ ῥόδα ἐς κάλυκας καὶ λείρια θαῦμα ἰδέσθαι
Νάρκισσόν θ' ὃν ἔφυσ' ΩΣΠΕΡ ΚΡΟΚΟΝ εὐρεῖα χθὼν
'Αυτὰρ ἐγὼ δρεπόμην ΠΕΡΙ ΧΑΡΜΑΤΙ. γαῖα δ' ἔνερθε
χώρησεν —

Hic locus mendis, iisque grauiſſimis ſcatet, quarum vnam Tu, Vir Ill. ad marginem exemplaris Tui, egregie ita correxiſti

μίγδα κρόκον τ' ἄγανον,

quo nihil verius aut elegantius. Reliqua ita corrigi poſſe putabam

Νάρκισσόν ὃν θ' ἔφυσε ΜΟΙΕΣ ΔΟΛΟΝ εὐρεῖα χθὼν,
αὐτὰρ ἐγὼ δρεπόμην ΕΠ' ΑΘΥΡΜΑΤΙ·

Quamuis prior harum correctionum paulo liberior eſt, tamen fateberis, V. D., poetam ſimile quid ſcripſiſſe, cum comparaueris v. 8. vbi idem narratur

Νάρκισσόν θ' ὃν ἔφυσε ΔΟΛΟΝ καλυκώπιδι κούρῃ
γαῖα διὸς βουλῇσι —

& v. 15.

ἡδ' ἄρα θαμβήσασ' ὠρέξατο χερσὶν ἄμ' ἄμφω
καλὸν ἄθυρμα λαβεῖν. χάνε δὲ χθὼν εὐρυάγυια.

CAP.

CAP. II.

In Aiace Sophoclis v. 800. in omnibus editionibus vulgatur

Τοῦδ' εἰσάκουε τ' ἀνδρὸς, ὃς ἥκει φέρων
῎Αιαντος ἡμῖν πρᾶξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγώ.

Hunc locum, per ſe ſpectatum, ſatis ſanum putabis, at cum reliquis proximis compoſitum, vix incorruptum. Nuncius enim, de quo Chorus hic loquitur, de Aiacis facinore (hoc enim eſſet ῎Αιαντος πρᾶξις) neque quidquam affert, neque etiam afferre potuiſſet. A Teucro ſcilicet miſſus erat ille, qui Tecmeſſam reliquosque nauales ſocios moneret, ne Aiacem tentorium, quo degebat, relinquere ſinerent. Diu eſt, cum emendarem

Κάλχαντος ἡμῖν βάξιν —

quod a Reiskio occupatum poſtea deprehendi. Nunc tamen haec medicina mihi nimis violenta videtur, nec intelligi poteſt, quomodo tandem ῎Αιαντος in Κάλχαντος degenerauerit. Tragicus ſcripſit forſitan

῎Αιαντος ἡμῖν βάξιν

vt ſit "*vaticinium de Aiace.*" Sic v. 1016. ὀξεῖα γὰρ σοῦ βάξις, ὡς θεοῦ τινος Διῆλθ' ᾿Αχαιοὺς. Eurip. Helen. 356. θανόντος εἰ βάξις ἔτυμος ἀνδρος ἅδε μοι. h. e. fama de viro. Danaë. 53. τίς

 δέσπο-

δέσποτιν ἐμὴν Δανάην βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν; vox πρᾶξις vero ex v. 803. in noſtrum locum irrepſiſſe videtur.

In eadem tragoedia Aiax animo ad mortem firmato, vt omne impedimentum, quod ei a muliere captiua & militibus opponi potuiſſet, remoueat, animi aegritudinem diſſimulans, Agamemnoni cedere promittit, cauſam interferens, omnibus rebus eandem legem fixam eſſe, vt altera alteri cedat, & potentiſſima quaeque aliis locum facere ſoleant.

681. Ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος
τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν
ΔΕΙΝΩΝ τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
στένοντα πόντον.

In his non fieri poteſt, quin manifeſta corruptela oculis tuis, Vir κριτικώτατε, ſtatim incurrat. Quis enim ſanus vnquam vel dixit vel dicere potuit, *mare ventorum tempeſtatibus tranquillum* reddi? Hic enim ſenſus, aut nullus verbis planiſſimis ineſſe debet. Qua enim ratione Scholiaſtes στένοντα πόντον δεινῶν πνευμάτων iungat, ipſe ſciat. Tertio enim, ni fallor, caſu dixiſſet πόντον στένοντα πνεύμασι, vt Eurip. Hercul. fur. 861. οὕτω κύμασιν (f. πνεύμασιν) στένων λάβρως (f. λάβροις. v. d'Orville in Char. p. 114.) Sophocles, qui quamuis docte, plane tamen ſcribere ſolet, mihi dediſſe videtur

ΛΕΙΩΝ

ΛΕΙΩΝ τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε στένοντα πόντον.

Ventum, *qui mare tranquillum reddit*, bene λεῖον dici poſſe, docet Ariſtophanes in Ran. 1033. καὶ φυλάξας ἡνίκ' ἂν τὸ Πνεῦμα λεῖον καὶ καθεστηκὸς λάβῃς. Magis ad proprium vocis vim Herodotus II. 117. εὐαέϊ πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ. Quae maris conſtitutio etiam εὐδία vocatur, quod verbum tamen accuratius de aëris tranquillitate dicitur. Inde emaculari poſſe puto fragmentum Euripidis ex Bellerophonte, quod ap. Schol. Ariſtoph. in Veſp. p. 745. ita legitur:

Πάρες ὦ σκιερὰ φυλλὰς, ὑπερβῶ
κρηναῖα νάπη, τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς
'Αιθέρ' ἰδέσθαι
σπεύδω, τίν' ἔχει στάσιν ΕΥΟΔΙΑΣ.

Cum vltima vox manifeſte corrupta ſit, mihi concedes, Vir Ill., facili negotio emendari poſſe

τίν' ἔχει στάσιν ΕΥΔΙΑΣ.

Lucian. in Halc. T. I. p. 180. μετὰ μικρὸν δὲ θαυμαστή τις κατάστασις ΕΥΔΙΑΣ ἐγένετο. quod gemellum eſt. In ſcholio ad Ariſtoph. Aves. 777. κύματα δ' ἔσβεσε νήνεμος αἴθρη. τοῦ γὰρ ἄερος εὐδεινοῦ ὄντος καὶ ἡ θαλάσση ἡσύχησεν. lege: τοῦ γὰρ ἄερος εὐδίου ὄντος. Hoc mihi in mentem reuocat corruptum Dionis Chryſ. locum, in Or. LXIII. p. 325. 30. (ed. Reisk. T. II)

II.) ἐμοὶ δοκεῖ καὶ ἀνθρώπους τύχην ἔχειν, ὅποτε ἂν αἰθρίαν ἔχῃ, μὴ σκότος. fortaſſe: ε. δ. καὶ αἰθήρ πως τύχην ἔχειν. quamuis hanc correctionem pro certa vendere nolim, cum elegantiſſima proſtet Reiskii emendatio, καὶ ὄυρανος τ. ε. ſcribebatur enim per compendium ὄυνος & ανος. De aëris & maris conſtitutione, quam plurima ad vitam humanam transferuntur. Euripides in Danaë (ap. Stob. Eclog. Phyſ. c. 10.)

ὅυτω δὲ θνήτων σπέρμα· τῶν μὲν εὐτυχεῖ
λάμπρα γαλήνη

ſic enim, praeeunte Valkenaerio legendum eſt. In eodem fragmento haec leguntur:

Ἐς ταὐτὸν ἥκειν φημὶ τὰς βροτῶν τύχας
τόν θ' ὃν καλοῦσιν αἰθέρ', ᾧ τάδ' ἐστι δή.

quomodo, quaeſo, placet illud δὴ verſui adſutum, quod ab Euripide nunquam proficiſci potuit. Tentaui equidem

ᾧ τάδ' ἐστ' ΉΘΗ.

Imaginibus ex mari petitis Sophocles lubentiſſime vtebatur, quod etiam animaduertit *Schol.* in Ariſtoph. Veſp. 29. Luculentum ex Tereo eius fragmentum Stobaeus nobis ſeruauit, Flor. LXVIII. p. 283. vbi mulier, de miſera ſexus ſui conditione, conqueritur. Expellimur, inquit, paterna domo

αἰ

αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους
αἱ δ'εις ΑΛΗΘΗ *δώμαθ', αἱ δ'ἐπίῤῥοθα.*

In voce *ἀλήθη* nemo eſt, quin haereat. Probaretur Tibi vellem, Vir Doct., ſuſpicio mea

αἱ δ'εἰς ΣΑΛΕΥΤΑ *δώμαθ'* —

h. e. *turbata & inquieta.*" Lexica quidem hac voce carent, nihilominus probae monetae eſt. Vtebatur ea Meleager E[illegible] LX. *πάντα δ' ὑπ' ἀκρήτου γυῖα σαλευτὰ Φορεῖς.* & compoſito *ἀσάλευτος* Plutarchus de Soll. anim. T. II. p. 982. F. *τῇ δὲ ἀλκύονι τικτούσῃ περὶ τροπὰς πᾶσαν ἔστησι θάλασσαν ἀκύμονα καὶ ἀσάλευτον.* — Corruptela inde oriebatur, quod Σ praecedebat. Idem contigit loco in Euripidis Helena. 965.

Ἃ δ' ἄξι' ἡμῶν καὶ δίκαι ἡγούμεθα
καὶ σῆς μάλιστα καρδίας ἀνθάψεται
Λέξω τάδ' ἀμφὶ μνῆμα, σοῦ πατρὸς
ΠΟΘΩι.

Haec Menelai ad Theonoam, Protei filiam, verba, quibus minitatur, ſe a patre eius Helenam petiturum eſſe, in vltima voce corrupta ſunt. Scaliger pro *πόθῳ* ſcribi volebat, *πότε*; quod ſi vel ſenſui ſatisfaceret, nunquam tamen ab Euripidis manu proficiſci potuiſſet. Equidem valde ſuſpicor, Tragicum dediſſe

Λέξω τάδ', ἀμφὶ μνῆμα, σοῦ πατρὸς
ΣΠΟΔΩι.

CAP.

CAP. III.

Electra in cognomine tragoedia Sophoclis v. 149. in has lamentationes erumpit:

'Αλλ' 'εμέ γ'ά στονόεσσ' ἄραρε Φρένας
ἅ "Ιτυν "Ιτυν αἰὲν ὀλοΦύρεται
"Ορνις ἀτυζομέν Η ΔΙΟΣ ἄγγελος.

Iouis nunciae vocabantur eae aues, quarum e volatu auguria captari ſolebant. Ita columba Dodonaea vaticinans, ap. Cic. de LL. I. 1. *Nuncia fulua Iouis miranda viſa figura*. Cycnus in Euripidis Ione. 158. Ζηνὸς κῆρυξ. Luſciniae vero, quantum ego ſcio, in re augurali nullae partes demandatae erant. Hoc me adducit, vt Sophoclem ſcripſiſſe putem

"Ορνις ἀτυζομέν' ΕΙΑΡΟΣ ἄγγελος

Quod e Scholiaſte non mediocriter firmari poteſt. Haec ille: *διὸς ἄγγελος ὅτι τὸ ἔαρ σημαίνει. Ομηρος* (Od. τ. 519.) *ὡςδ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱστάμενοιο.* — *Σαπφω· ἦρος ἄγγελος ἱμερόφωνος ἀηδών.* Ita columbae *θέρεος κὴ χείματος ἄγγελοι εἰσιν.* vt Myro ait: in Analect. vet. Poët. I. p. 203. & ſic illud Publii Syri: *Avis exul hyemis, titulus tepidi temporis*, de hirundine intelligendum eſt, quae ver nunciat. Verborum diſtractio, quae huic loco, innumeris

aliis

aliis veterum ſcriptorum locis nocuit. Nobis, qui ambulantium more, non certam quandam viam tenemus, ſed ad diuerticula, ſi quae apparent amoena, declinamus, hac opportunitate vti liceat, vt quaedam loca afferamus, quae hac corruptela infecta videantur, eaque pro viribus noſtris, emaculemus. Pulcherrimum eſt ſine dubio hoc Epigramma Rufini (ap. Brunk. Vol. II. p. 392.)

Ουπω σοῦ τὸ καλὸν χρόνος ἔσβεσεν, ἀλλ᾽ ἔτι πολλὰ
λείψανα τῆς προτερῆς σώζεται ἡλικίης.
καὶ χάριτες μίμνουσιν ἀγήραοι, οὐδὲ τὸ καλὸν
τῶν ἱλαρῶν μήλων ῞Η ΡΟΔΟΝ *ἐξέφυγεν.*
ἆ πόσσους κατέφλεξε τὸ πρὶν θεοείκελον ἄνθος
ὅπποτε πρωτόπλουν ἔτρεχεν ἡλικίην.

Non te fugere poteſt, Vir Ill., pro ſenſu Tuo acutiſſimo, quam odioſa ſint verba ῞Η ΡΟΔΟΝ & elegantiſſimo Poëtae quam indigna. Facili correctione emendare potes.

οὐδὲ τὸ κάλὸν
τῶν ἱλαρῶν μήλων ῟ΗΡΙΝΟΝ *ἐξέφυγεν.*

Ita idem Rufinus Ep. XIX. p. 394 ſororiantibus papillis praeditam mulierculam *εἰάρομασθον* vocat. Vere, *ἔαρι*, Graeci & Latini, quoduis pulcrum &

& gratum indicare ſolebant, vt Theocr. Eid. XIII. 45, ἔαρ θ' ὁρέωσα Νύχεια, quod Schol. recte interpretatur ἱλαρὸν καὶ ἡδὺ βλέπουσα. Iulian. Aegpt. Epigr. LI. χαρίτων ἐξαπόλωλεν ἔαρ. & LVII. Simili ratione fragmento ex Polyxena Sophoclis ſuccurrendum eſt, quod ap. Stob. de Morib. XL. ita legitur

Ὦ ΤΑΣ ἀπαιῶνάς τε καὶ μελαμβαφεῖς
λιποῦσα λίμνης Ἀχέροντος ὀξύπληγας
ἠχοῦσα γοόυς ἦλθεν ἄρσενας χόας,

Praeclara nonnulla ipſe de hoc fragmento monuiſti, Vir Cel., in T. IV. Apollodori Tui p. 1051. Omnia in eo corrupta ſunt. Reliqua felicioribus ingeniis relinquens, primum verſum ita conſtituo

ἈΚΤΑΣ ἀπαιῶνάς τε καὶ μελαμβαφεῖς

quod Tu, cui omnia mea probari velim, iamdudum probaſti. Pind. Nem. XII. 30. Κασσάνδραν — πόρευ' Ἀχέροντος ἀκτὰν πάρ' ἔυσκιον. Soph. Antig. 812. ἀλλ' ἐμὲ — Ἅιδας ζῶσαν ἄγει τὰν Ἀχέροντος ἀκτὰν. Caeterum ad hunc Achillis ex Orco reditum, a Sophocle tractatum, reſpexit Longinus II. T. Sect. XV. Videſis, Vir Doct., num corruptiſſimum Euripidis fragmentum, ex Meleagro eius, ſimili ope emendari poſſit. Extat in Stob. Floril. Tit. CXX.

Τερπνὸν τὸ φῶς μοι · τὸ δ' ὑπὸ γῆν ᾅδου σκότος,

ΟΥΔΕΙΣ

'ΟΥΔΕΙΣ 'ΟΝΕΙΡΟΝ'ΟΥΔΕΙΣ ἀνθρώπους
μολεῖ.

'Εγὼ μὲν οὖν γεγῶσα τηλίκηδ' ὅμως (ſic lege
ex Valkenaerii emendat.)

'Απέπτυσ' αὐτὸ κοὔποτ' εὔχομαι θανεῖν.

In deſperatis rebus deſperata medicina opus eſt. Non omnino tamen a vulgatis litteris correctio noſtra abhorret

ΣΥΝΕΤΟΣ ΘΕΛΕΙ ΓΆΝ ΟΥΔΕΙΣ ἄνθρωπος μολεῖν.

"Nemo hominum, modo ſanus ſit, Orcum ſubire velit." Velim tamen leuiorem aliquis emendationem inueniat. Miſere laborat eadem ratione Babrii locus ap. Suid. V. πετάυρα.

'Ο δ' ἐκ πετάυρου ΚΛΑΓΓΟΝ ΕΙΠΕ
ΒΟΗΣΑΣ

πόθεν μαθήσῃ πόσσον εἰς ἔω λείπει.
τὸν ὡρονόμον θύσας με.

Emendari iuſſit vir longe acutiſſimus Toup — τράνον εἶπ' ἐπιβόησας. Sed quomodo hoc in illud degenerare potuerit, nos non docuit. Recte itaque iudicat Tyrrwhitt V. Cl. veram eſſe poſſe hanc emendationem & non. In his rebus, quae vna probabilitate nituntur, quisque ſuam ſententiam proferre, & ab alio, modo ingenue, diſcedere poteſt. Mihi Babrius ſcripſiſſe videtur

'Οδ' ἐκ πετάυρου ΚΛΑΓΓΑΝΕΙ ΠΤΕΡΟΝ
ΣΕΙΣΑΣ.

Vox *πτερον* enim per compendium *πτέρ'* ſcribebatur, quo facto *ρ* facile in *β* & *σ* in *ο* degenerare potuit. cf. Theocrit. XIII. 12. ΣΕΙΣΑΜΕΝΑΣ ΠΤΕΡΑ *ματρὸς ἐπ' αἰθαλόεντι* ΠΕΤΕΥΡΩι. Eurip. in Ione. 1203 *εὐθὺς εὔπτερον δέμας* ΕΣΕΙΣΕ *κἀνεβάκχευσε ἐκ δ'*ΕΚΛΑΓΞ *ὄπα.* In eiusdem Babrii fragmento ap. Suidam V. *σπήλυγξ* emendaueram: *κοίλης ἔσω σπήλυγγος, διά τις νόσῳ κάμνων ἐβέβλητ',* pro *κοιώσω σπήλυγγος*, quod Toupium occupaſſe nunc video. Firmari poteſt haec correctio ex fr. Euripidis ap. Polluc. VII. 178. *κοίλοις ἐν ἄντροις, ὥσπερ θὴρ μόνος.* & Theocrit. XXV. 169. *Θηρίον — κοίλην αὔλιν ἔχοντα Διὸς Νεμέοιο παρ' ἄλσος.*

Male confuſae ſunt duae voces in vnam, in hoc Toxaris Lucianei loco, T. II. p. 560. §. 55. *ὁ Λογχάτης καὶ ὁ Μακέντης — ἐτέτρωντο ἤδη προκινδυνεύοντες, ὁ μὲν* ΠΥΡΑΚΤΩΘΕΙΣ *τὸν μηρὸν ὁ Λογχάτης, ὁ Μακέντης δὲ πελέκει εἰς τὴν κεφαλήν.* Moſes Solanus in corrupto *πυρακτωθεὶς* latere putabat *τρωθεὶς*, quod paucis placebit. Fortaſſe non omnino infeliciter ſuſpicatus ſum, a Luciani manu veniſſe: *ὁ μὲν* ΑΤΡΑΚΤΩι ΕΙΣ *τὸν μ. ὁ Λ.* inſtrumentum enim appellari debere, apparet ex oppoſito: *ὁ δὲ Μακέντης πελέκει.* recte etiam *εἰς τὸν μηρὸν* vt *εἰς τὴν κεφαλὴν. ἄτρακτος* vero, quod *fuſum* proprie audit, etiam *ſagitta* eſt, apud Poëtas ſaepiſſime, vt Soph.

Trach.

Trach. 724. Eurip. Rheſ. 312. tamen etiam apud Proſaicos, vt apud Thucididem, quod animaduertit Pollux. I. 137. p. 93. *Θουκιδίδης δὲ αὐτὸ (τὸ βέλος) καὶ ἄτρακτον καλεῖ.* Multo ſolemniorem vocem imperitus librarius in Apollod. I. c. 4. p. 15. corrupit, *ὁ δὲ Ὠρίων, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἀνῃρέθη, δισκεύειν Ἄρτεμιν προκαλούμενος.* Cum diſcus in Diana locum non habeat, totum fabulae fundum hac lectione perire neceſſe eſt. Equidem velim, quod proxime ad vulgatam accedit, *οἰστεύειν Ἄρτεμιν προκαλούμενος.*

 CAP.

CAP. IV.

Ad hoc corruptelarum genus etiam illud pertinet, cum ſiue compendiaria breuitas, ſiue proximae ſyllabae ſimilitudo vocem propinquam detruncauerit. Hoc praecipue in fine verborum locum habuit, vt in hoc Longini, (τμ. μβ.) vbi de vitiis, quae ſublimitati obſtant, diſputans, etiam nimiae breuitatis mentionem facit. Non omnem breuitatem, inquit, ſed eam tantummodo fugere ſuadeo, quae res comminuit, ideoque ingrata eſt: συγκοπὴ γὰρ κωλύει τὸν νοῦν, συντομία δ'ΕΠΈΥΘΥ. Nemo eſt, qui hunc locum detruncatum non ſentiat, nemo tamen lacunam explere conatus eſt, praeter vnum Toupium, qui ἐπ' ἔυθυ [ἄγει] edidit, in notis vero de hac lectione ne verbum quidem monuit. Ex coniectura proueniſſe videri poteſt. Cur vero non faciliori ratione ſcribamus συντομία δ' ΕΠΕΥΘΥΝΕΙ intell. τὸν νοῦν, ἐπευθύνειν vt ſimplex εὐθύνειν in rectum tramitem ducere ſignificat.

Idem Longo accidit, vt, ſyllaba EI omiſſa, corrumperetur. In l. III. p. 90. ed. Iung. legimus: Ὁ δὲ (στρατηγὸς) ἐξορμηθεὶς, ἀγροὺς μὲν οὐκ ἐλεηλάτει τῶν Μηθυμναίων. — ΤΑΧΥ δὲ

ἐπὶ

ἐπὶ τὴν πόλιν ἀυτὴν, ὡς ἐπιπεσούμενος ἀφρουρήτοις τᾶις πύλαις. ad τάχυ verbum quaerimus. σπέυδει, quod Mollius, infeliciſſimus Criticorum, pro τάχυ reponi volebat, ne minima quidem ſimilitudine ad vulgatam accedit. Jam vides, Vir Ill., legendum eſſe: TAXYNEI δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν.

Apud Suidam in V. Αἴθυια haec leguntur: Αἴθυια. ἡ ἰγδή. καὶ ἡ θαλαττία ὄρνις· αἱ γὰρ Αἴθυιαι, ὅταν ΔΥΝΩΣΙ, κάκιστος οἰωνὸς ὑπάρχει τοῖς πλέουσι. τὴν δὲ αἰτίαν λέγουσι ὅτι γαλήνης οὔσης οὐ τολμᾶ προϊέναι. κ. τ. λ. Vides, V. D., haec ſic lecta, ſtare nullo modo poſſe, & corrigendum eſſe potius — αἱ γὰρ Αἴθυιαι ΟΤΑΝ ΑΝΑΔΥΝΩΣΙ, κ. ο. υ. Quod & ſequentia ſatis confirmant, & vnanimus antiquorum conſenſus, qui hanc auem in tempeſtatibus apparere tradunt. Cicero: Cana fulix, itidem *fugiens e gurgite* ponti, nuntiat horribiles clamans inſtare procellas. — Verbum δύνειν, quod de auibus in aquam mergentibus proprie dicitur, non raro ad ea transfertur, quae animum ſubeunt. Et ſic fortaſſe emendandus Longinus S. XVII. καὶ πως παραληφθεῖσα (l. cum Toupio παραλειφθεῖσα) τοῦ πανουργεῖν τέχνη τοῖς κάλλεσι καὶ μεγέθεσι ΤΟΝ ΘΥΜΟΝ δέδυκε. Vulgo: το ΛΟΙΠΟΝ δέδυκε.

 Neo-

Neophron. in Medea ap. Stobae. 107. Grot. v. 11. ἤδη γὰρ με Φοινίx μέγχν Δέδυκε θύμον λύσσα. & Philoſtr. Epiſt. LI. ἔρως τὴν τῶν ὀφθάλμων ἀκρόπολιν. οὐ ξύλοις οὐδὲ πλίνθοις, ἀλλὰ μόνοις τοῖς βλεφαροῖς ΤΕΙΧΙΣΘΕΙΣΑΝ ΣΥΓΧΕΙ, καὶ κατὰ μικρὸν τὴν ψύχην εἰσδύεται. Sic putabam, me deſperato huic loco mederi poſſe. Editiones ante Olearium legunt: — α. μ. τοῖς βλεφαροῖς τειχίσας, ἩΣΥΧΗ καὶ κ. μ. τὴν ψύχην ε. Olearius voces τὴν ψύχην induxit, male, vt puto. σύγχεῖν de quavis turbatione dici ſolet. vt Eurip. Med. 794. δόμον συγχέουσα.

Aeliani loco, olim elegantiſſimo, nunc vero duabus ſyllabis omiſſis, longe ineptiſſimo, proximarum ſyllabarum ſimilitudo fraudi fuit. Narrata Hiſtoriuncula (V. H. IV. 2.) de certamine Nicoſtrati cithariſtae cum citharoedo quodam, vbi ille victor, aduerſarium ſuum, in magna arte tenuem, ſe in tenui magnum eſſe dixerat, Aelianus haec addit: Ὀυ μόνον δὲ ἄρα ἐστι σέμνον οἰκίαν αὐξῆσαι ΚΑΙ ΠΛΟΥΤΟΝ ἀλλὰ γὰρ ΚΑΙ ΤΕΧΝΗΝ. Noua ſane & admirabilis ſententia, qua docemur, operae pretium eſſe ſapere, &, quod nemo vnquam negauit, artes colere! Sed Aelianus meus, ni fallor, aliud quoddam dedit, quam quod librarius ei ſuppoſuit. Legere velim:

lim: Οὐ μόνον δὲ ἄρα ἐστι σέμνον οἰκίαν αὐξῆσαι ΕΥΠΛΟΥΤΟΝ, ἀλλὰ γὰρ ΚΑΙ ΕΥΤΕΛΗ. Hoc ſane multi monendi ſunt, ne in *parua re augenda*, & in tenui ingenio colendo, animum deſpondeant, & de fructu laboris ſui deſperent; ſed vt potius operam adhibeant, vt, illius citharistae inſtar, qui in parua re eximius erat, rem ſuam familiarem, quamuis exiguam, augere ſtudeant.

CAP. V.

Agamemnon, qui in Aiace Sophocleo, ad exequias huius viri impediendas venerat, Vlyſſis conſilio ad ſaniorem rationem paene redactus erat, ſed quo minus ei prorſus cederet, maieſtate tyrannica vetabatur. Dixerat Vlyſſes v. 1364.

μὴ χαῖρ' Ἀτρείδη κέρδεσιν τοῖς μὴ καλοῖς,

ad quae ille reſpondet:

τόν τοι τύραννον ΕΥΣΕΒΕΙΝ οὐ ῥᾴδιον.

atrox ſententia, & quae primis artis ſcenicae regulis parum reſpondet, ne ſcilicet malignus malignitatem ſuam ita prae ſe ferat, vt qualis ſit, non factis modo, ſed ipſis verbis, quibus ſe improbum fatetur, declaret. Natura enim omnes ita comparati ſunt, vt quamuis mali, boni tamen videri velint, & verbis bonitatem, qua reuera carent, ſimulare ſtudeant. Et Agamemnon vel prorſus recte ſibi agere videbatur, vel quouis alio argumento vſus fuiſſet, quam ſcelerato illo, difficile eſſe, tyrannum pietatem exercere. Brunkius V. cl., qui haec optime perſpiciebat, haec notauit; "Quum Athenienſibus, libertatis ſtudioſiſſimis, odio eſſet regnum, quauis oblata occaſione, Tragici Poetae eiusmodi inculcabant ſententias, quibus regiam poteſtatem obtrectarent." Hoc omnino quidem verum eſt, & noſtro loco etiam conueniret, modo alius quisquam, quam ipſe Aga-

Agamemnon hanc ἐχθροτύραννον ſententiam protuliſſet. Nunc vero fatendum eſt, vel Sophoclem odio tyrannidis in vitium, idque non leue, abreptum eſſe, vel locum correctione indigere. Quam ſi facillimam, quaeque omnem huic loco difficultatem eximit, Tibi propoſuero, concedes, ſpero, me probabiliter ſaltem conieciſſe. Scripſerat Sophocles, vt ego quidem arbitror,

τόν τοι τύραννον ΕΙΚΑΘΕΙΝ οὐ ῥᾴδιον.

"Difficile eſt tyrannum *aliorum ſententiis cedere.*" Simillimus locus eſt in Antigone v. 1107. vbi Creon hac vna cauſa impeditur, quo minus edictum de necanda Antigone reuocet τό τ' εἰκάθειν γὰρ δεινόν, ἀντιστάντα δὲ Ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα.

Electra in Tragoedia, de ſuo nomine dicta, vrna, qua fratris reliquiae contineri dicebantur, accepta, in has voces erumpit (v. 1167.)

ὦ ΔΕΜΑΣ ΟΙΚΤΡΟ'Ν. φεῦ, φεῦ,
ὦ δεινοτάτας, οἴμοι, οἴμοι,
πεμφθεὶς κελεύθους.

Tragicus ſcripſiſſe videri poſſet:

ὦ ΘΕΑΜ' οἰκτρόν,

plane gemellus locus eſt in Aiace. 1011. ὦ τῶν ἁπάντων δὴ ΘΕΑΜΑΤΩΝ ἐμοὶ Ἄλγιστον — ὁδὸς δ' ἀνιάσασα δὴ πασῶν ὁδῶν Μάλιστα τοὐμὸν σπλάγχνον. Pro θέαμα Tragici nonnunquam exquiſite voce ὄμμα vtuntur, quo ſenſu in cor-

rupto Sophoclis loco dictam eſſe ſuſpicor. Locus eſt in Oedipo Colon. 1136.

εἴθ' ἀελλάια ταχύῤ
'ρωστος πελειὰς
Αἰθερίας νεφέλας
κύρσαιμ', ἀυτῶν δ' ἀγώνων
θεωρήσασα T'OYMON 'OMMA.

Corruptelam vltimorum verborum, facile deprehendes, V. D,, & eam recte, vt arbitror, animaduertit Pariſinus editor. Neutram vero rationum, quibus haec ſanare conatus eſt, probare poſſum. Leui mutatione corrigi poteſt

θεωρήσασα TEPΠNON "OMMA

"*gratum* certaminis *ſpectaculum*, θέαμα, ſibi optat. Sic. in Aiace. 1023. ὦ δυσθέατον ὄμμα. Fortaſſe idem hoc verbum, eodem ſenſu, Euripidi reddendum eſt in Suppl. 945.

πικρὴ γὰρ ὄψις 'OMMA τῶν νεκρῶν πέλει.

vbi nunc corruptiſſime:

πικραὶ γὰρ ὄψεις X'"AMA τῷ πέλει νεκρῶν.

In Electra Sophoclea, vt ad hanc redeamus, v. 565. filia, patri deditiſſima, haec ad matrem, quae ſcelus, in virum commiſſum, excuſare auſa fuerat

'Ερου̃ δὲ τὴν κυναγὸν "Αρτεμιν, τίνος
ποινῆς, TA ΠΟΛΛΑ πνεύματ' ἔσχ' ἐν Αυλίδι.

Cur

Cur quaeſo πόλλα πνεύματα? vno tantummodo opus erat ab Aulide in Aſiam nauigantibus. Sed vt ad hoc reſponderi poſſit, tamen τὰ πόλλα nunquam non frigidum erit. Quâre Sophoclem dediſſe exiſtimem

— τὰ ΠΟΜΠΙΜΑ πνεύματ' ἔσχ' ἐν Αὐλίδι.

quod ſane non multum a vulgata ſcriptura recedit. Eurip. Helen. 1079. πόμπιμοι μόνον Λαίφαι πνοαὶ γένοιντο καὶ νεὼς δρόμος. Trachin. 569. οὔτε πομπίμοις κώπαις ἐρέσσων. Maxime vero firmatur haec emendatio ex Homeri Od. Δ. 360.

οὐδὲ ποτ' οὖροι
πνείοντες φαίνονθ' ἀλιάεες, οἵ ῥά τε νηῶν
ΠΟΜΠΗΕΣ γίνονται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

CAP.

CAP. VI.

In Oedipo Colonenſi v. 339. perquam inepte legitur

'Οιδ. προσψαύσον ὦ παῖ. Ισμ. Θιγγάνω δύοιν ὁμοῦ.

'Οιδ. Ἦ τῆςδε κἀμοῦ; Ισμ. δυσμόρου δ' ἐμοῦ τρίτης.

Se ipſa itaque amplectabatur Iſmene. Iam diu eſt, quod emendaueram

Φεῦ τῆςδε κἀμοῦ!

"*Vae meam* iſtiusque (Antigonae) ſortem! — Et recte nunc Iſmene addit, *δυσμόρου δ' ἐμοῦ τρίτης*! Nunc, Brunkianam editionem euoluens, inuenio, & Marklandium loci corruptelam animaduertiſſe, & correxiſſe

ὦ τῆςδε κἀμοῦ!

Vtra harum emendationum verior ſit, nemo, puto, diiudicare poterit.

In eadem Tragoedia, v. 925. Brunkius V. Cl. neglexit veterem lectionem, quam Scholiaſtes in nonnullis libris legi affirmat

ἄξω βίᾳ

κ'ει μοῦνός εἰμι, καὶ χρόνῳ βαρύς.

Quod mihi iam antea in mentem venerat pro *βραδύς* & paulo elegantior videbatur, quam vulgata. Oedip. T. 16. *οἱ δὲ σὺν γήρᾳ βαρεῖς ἱερεῖς*. Aiax. 1036. *τοιαῦτ' ἀνὴρ δύσοργος ἐν γήρᾳ*

βα-

βαρύς. Horat. Serm. l. 1. 4. *grauis annis miles.* In quibusdam Codd. *νόσῳ βαρύς* legi, monet Weſſeling ad Herod. p. 147. 94. quod ex Trachin. 239. ortum eſſe puto. Theocrit. XXIV. 100. *πολλοῖσι βαρύς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς*. Mirum eſt, quod legitur in Eurip. Danaë. 61.

ἀλλ' εἰσορῶ
'Ακρίσιον πρὸ δόμων στείχοντα
ΦΥΓΗι *βαρὺς, ὡς δόξαι, κέαρ.*

Vbi de fuga cogitauerunt, quam Danaë molita fuerat. Sed quomodo hoc ex Acriſii vultu diuinare poterant? Leui mutatione ſcribi malim

ΟΡΓΗι *βαρὺς, ὡς δόξαι, κέαρ.*

ita v. 42. *ὀργῇ χολωθείς*. — Nullus tamen dubito, lectionem *βραδὺς* in ſupra laudato loco, etiam bene explicari poſſe, neque ipſam elegantia carere. Huc ducere poſſit Lucian. in Tyrannic. 4. T. II. 143. *ὁ πρεσβύτης (τύραννος) — πρὸς τὰς κολάσεις βραδύτερος καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἀμβλύτερος*. Sic enim hic locus ſcribendus videtur, quem vulgo ſic exhibent *π. τ. κ. ἀμβλύτερος κ. π. τ. ε. βραδύτερος*. In eodem Luciani opere obiter emendabo corruptum locum. §. 21. p. 158. *καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων, ἐπῆγε τὴν σφαγίδα, τρέμων, οὐ δυνάμενος, ἐπιθυμῶν μὲν, ἀσθενῶν δὲ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ τολμήματος.* vulgo: *ἐπῆγε τὴν σφαγὴν. σφαγὶς*, cultrum, quo hoſtia caedi-

caeditur cum κόπιδι componitur apud Pollucem. X. 97.

Iſmene, in Antigone Sophoclis familiae ſuae mala enarrans, inter alia & haec profert v. 53.

Ἔπειτα μητὴρ καὶ γυνή, διπλοῦν ΠΑΘΟΣ
πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον

Schol. vet. διπλοῦν ΕΠΟΣ legit. Mihi neutra lectio ſatisfacit; nec intelligi poteſt, quomodo πάθος in ἔπος, ſiue ἔπος in πάθος abire potuerit. Fortaſſe

διπλοῦν ἌΓΟΣ

ita intelligitur vnde variantes illae lectiones ortae ſint. Expreſſit hoc Seneca in Hercule fur. 388. Quid *geminum nefas* Miſtumque nomen coniugis, nati, patris. Oedip. T. 1424. φλόγα Ἀιδεῖσθ' ἄνακτος ἡλίου τοιόνδ' ἄγος Ἀκάλυπτον οὕτω δεικνῦναι. Eurip. Med. 1315. ἐκλύεθ' ἁρμοὺς ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν.

In eadem tragoedia 247.

Ἔυγε στοχάζῃ κἀποφράγνυσαι κύκλῳ
τὸ πρᾶγμα. —

Non ſatis aſſequor, quem ſenſum v. στοχάζειν, quae ſcopum attingere, rem acute perſpicere audit, hic habere poſſit. Nihil horum huc quadrat. Dum docear, qui ſit ſenſus, lego

ἔυγε στεγάζῃ, κἀποφράγνυσαι κύκλῳ
τὸ πρᾶγμα.

h. e.

h. e. *bene te munis.* Caeterum haec vox Sophocli non adeo ignota fuit. Euſtath. in Il. ζ. p. 488. 46. στέγω, τὸ στεγάζω ἀφ᾽ οὗ παρὰ σοφοκλεῖ τὸ ὕπνον ἔμε στεγάζειν ἡδὺν. Vox στέγειν Eudociae reddenda eſt p. 411. de Phaedra: στέγουσα γὰρ τὴν νόσον ἡ φαίδρα χρόνῳ, πρὸς τὴν τρόφὸν δηλῶσαι ἀναγκάσθη vulgo: στέργουσα γ. τ. ν.

CAP.

CAP. VII.

In Antigone, v. 264. nuncius de cadauere rapto anxius. inquit

Σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς, οὔτε του κυνῶν
ΕΛΘΟΝΤΟΣ οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο.

Vulgata quidem defendi poteſt. Malim tamen

οὔτε του κυνῶν
ΕΛΚΟΝΤΟΣ ἭΗ σπάσαντος ε.

quae verba veteres ſic iungere ſolent. Plato de Republ. VIII. p. 539. χαίροντες ὥσπερ σκυλάκια τῷ ἕλκειν καὶ σπαράττειν τοὺς πλησίον ἀεί. ἕλκειν vero verbum de canibus ſolemne. Hom. Il. χ. 335. σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ Ἑλκήσουσ' αἰκῶς. Eurip. Herc. fur. 567. κρᾶτα δ' ἀνόσιον ταμὼν Ῥίψας κυνῶν ἕλκημα. Communicem Tecum, Vir Ill., hac opportunitate vſus, coniecturam de loco Homeri Il. XVI. 668. vbi Iupiter a Phoebo petit, vt filium eius Sarpedonem e proelio auferat:

Εἰ δ' ἄγε νῦν φίλε, Φοῖβε κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον
ΕΛΘΩΝ ἐκ βελέων σαρπηδόνα καὶ μιν ἔπειτα
πολλὸν ἀπὸ προφέρων λοῦσαν ποταμοῖο ῥοῇσιν.

Quouis modo verba ἐκ βελέων iungas, hic vel illic offendes. Agedum videamus, num ex ſimili

li loco, quo Phoebus Iouis mandata efficere narratur, aliquid elicere poſſimus, eſt ille v. 678.

αὐτίκα δ' ἐκ βελέων Σαρπήδονα δῖον ἀειράς
πολλὸν ἀπὸ προφέρων λοῦσεν ποταμοῖο ῥοῇσιν.

Hic locus vetat, quo minus in priori illo, βελέα de vulneribus accipiamus, quod vulgo iubent. Vides vero ſingula ſingulis verbis reſpondere, praeter vnum ἀειράς. Quare velim, vt Tibi arrideat ſuſpicio mea

'ΕΛΚΩΝ ἐκ βελέων.

Sic Il. δ. 465. ἕλκε δ' ὑπ' ἐκ βελέων λελιημένος. XVI. 781. ἐκ μὲν Κεβριόνην βελέων ἥρωα ἔρυσσαν. XVIII. 152. ἐκ βελέων ἐρύσσαντο νεκὺν. Quintus Smyrn. v. 295. ὅτε τρῶες Ἀχιλλέα δηωθέντα ἑλκέμεναι μενέαινον.

Ad Antigonam redeunti mihi, alius locus ſeſe offert, qui medicam manum implorare videtur. Chorus nuntio de Haemonis morte audito v. 1194.

Καὶ μὴν, inquit, ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ
δάμαρτα τὴν Κρέοντος, ἐκ δὲ δομάτων
ΗΤΟΙ κλύουσα παιδὸς ἢ τύχῃ περᾷ.

κλύουσα παιδὸς eſſet, filium audiens. Sed ille non in viuis. Conieceram

'ΑΤΗΝ κλύουσα παιδός.

ex multitudine exemplorum, quae hic congerere poſſem, pauca tantum afferam; quae hanc coniecturam ſatis firmare poterunt. Aiax 650. *ὁιαν σε μένει πυθέσθαι Παιδὸς δύσφορον ἄτην*. ib. 859. *ἄγγειλον ἄτας τὰς ἐμὰς μόρον τ᾽ἐμόν*. Eurip. Hecub. 683. *ἔγνως γὰρ ἄτην παιδὸς, ὦ δύστηνε, σοῦ*. Hercul. fur. 917. *πῶς παισὶ στενακτὰν ἄταν Αταν πατέρος ἐμφαίνεις* Vox *ἄτη* ſcilicet Sophocli in deliciis fuit. Obiter hic proponam coniecturam de Aiacis loco v. 307.

Καὶ πλῆρες ἄτης ὡς διοπτεύει στέγος
παίσας κάρα θώϋξεν, ἐν δ᾽ἐρειπίοις
νεκρῶν ἐρειφθεὶς ἕζετ᾽ ἀρνείου φόνου
κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι συλλαβὼν χερί.
καὶ τὸν μὲν ἧστο πλεῖστον ἄφθογγος χρόνον.

Vbi iam vides, Vir Doct., valde impeditam eſſe ſtructuram verborum, *ἐν ἐρειπίοις νεκρῶν ἀρνείου φόνου*; quaeque Sophoclis indolem minime referat. Quare mihi in mentem venit.

ἐν δ᾽ἐρειπίοις
Ναρκῶν ἐρειφθεὶς ἕζετ᾽ ἀρνείου φόνου.

Quod vltimo horum verſuum firmatur. Sic fere v. 325. *ἐν μέσοις βοτοῖς Σιδηροκμῆσιν ἥσυχος θακεῖ πεσών.* vbi verbum verbo reſpondet

In Trachiniis ſummi Tragici legimus

v. 326. *Οὔτ᾽ ἄρα τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου*

χρόνῳ ΔΙΟΙΣΕΙ γλῶσσαν, ἥτις οὐδαμᾶ
προὔφηνεν, οὔτε μεῖζον᾽ οὔτ᾽ ἐλάσσονα.

quid ſit γλῶσσαν διαφέρειν, nemo docuit. Vnica littera mutata lego

οὐδὲν ἐξ ἴσου
χρόνῳ ΔΙΟΙΞΕΙ γλῶσσαν.

γλῶσσαν διοίγειν eſt *ora reſoluere*, vt Virgil. Georg. IV. 452. & Ouid. Metam. II. 57. LXX. in Prouerb. XXIV. 8. ἄνοιγε σὸν στόμα. Coluthus de rapt. Hel. 270. ἠμείβετο γῆρυν ἀνοίξας. Eurip. Hipp. 1071. τοὐμὸν οὐ λύσω στόμα. Critias in Eleg. ap. Athen. X. p. 432. C. γλώσσας λύειν εἰς αἰσχροὺς μύθους. γλῶσσαν ἐγκλείειν Antigone 511. quem locum reſpexit Euſtath. in Od. α. p. 1391. 1.

Satis vexatus locus eſt in Oedipo T. v. 1288.

ἀλλ᾽ ὁμοῦ μέλας
ὄμβρος χαλάζης αἵματος ἐτέγγετο.

Metrum in his aeque ac ſenſus laborat. Fortaſſe legendum,

ὄμβρος, χαλάζ᾽ ὥς, αἵματος γ᾽ ἐτέγγετο.

Cum grandine enim id comparari ſolebat, quod magna copia decidit. Sic in Theocrito Eid. XXII. idquod v. 14. πολὺς ὄμβρος vocabatur, v. 16. χαλάζα eſt. Similis loquendi ratio eſt, cum co-

pia rerum, niue comparatur. Inde fortaſſe Quintus Smym. corrigendus eſt, l. V. 106.

> Τοὺς δ᾽ ἤδη κρατερὸν πῦρ ἄμφεχεν, ἐκ δὲ κεραυνοὶ
> ἀλληκτοὶ νιφάδεσσιν ἐοικοτες ἐξεχέοντο
> ὀυρανόθεν.

vulgo: νεφέεσσιν ἐοικότες. Quod ineptum. de Vlyſſe Il. III. 222. dicitur, verba eius fuiſſe νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν. de Graecis caſtra linquentibus Il. τ. 357. ὡς δ᾽ ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες διὸς ἐκποτέονται. cf. & Il. κ. 7. Aeſch. VII. c. Theb. 214. & ibi Schüz. Cum hic occaſio ſeſe offerat, vnum & alterum locum in Quinto Smyrnaeo, cuius nouam ἔκδοσιν a Tychſenio V. Cl. auide expectamus, emaculabimus, multo plura doctiſſimo illi viro relinquentes.

CAP.

CAP. VIII.

Quintus Smym. I. 536.

τοὺς δ' ὅποτ' εἰσενόησε δαΐφρων, Πενθεσίλεια
θῆρας ὅπως θύνοντας ἅμα μόθον ὀκρυόεντα,
*ἀμφοτέρων ὥρμησε κατανtίον ἠΰτε **
*πάρδαλις ἐν ξυλόχοισιν, ὀλέθριον ἦτορ **

ſupplendum puto: — *ἠΰτε λυγρὴ πάρδαλις ἐν ξ. ο. η. ἔχουσα.* III. 200. *λυγραὶ παρδάλιες* — vox *πάρδαλις* reſtituenda videtur Quinto XIII 72.

Οἱ δ' ὡς ΑΡΓΑΛΕΩι *λίμῳ περιπαιφάσσοντες,*
σταθμῷ ἐπιβρίσουσι κατ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλην.

Deſiderari ſubiectum, vt aiunt, non fugit Rhodomannum, qui tamen in hoc loco emaculando non vt alibi feliciter verſatus eſt. Vides, Vir Ill., proxime ad litteras vulgatae lectionis accedere, quod ſuspicatus ſum

Οἱ δ' ὡς ΠΑΡΔΑΛΙΕΣ *λίμῳ περιπαιφάσσοντες,*

id. III. 430.

τὸν τότ' ἀχέων ὀλοφύρετο φαίδιμος Αἴας.

legam; *τὸν τότε πόλλ' ἀχέων.* quod propter ſimilitudinem cum *τότ'* facile omitti poterat.

IV. 22. Magnam laetitiam Troianis Jupiter parauerat

Ἐν τρώῃ Ἀχιλῆα δεδουπότα· ἦ γὰρ οἴω
βλημένου ἀμπνεύσειν τρώων ἐρικύδεα φῦλα.

lego: τοῦ γὰρ οἴω βλημένου. h. τούτου.

IV. 25. Ἀιεὶ δὲ οἱ φρεσὶν ἧσιν ἐμαίνετο λοίγιον ἔγχος
λύθρῳ ὑπ᾽ ἀργαλέῳ πεπαλαγμένον.

Quintus dediſſe videtur:

Ἀιεὶ χερσὶν ἔῃσιν ἐμαίνετο λοίγιον ἔγχος.

Hom. Il. π. 74. ου γὰρ Τυδείδεω Διομήδεος ἐν παλάμῃσι Μαίνεται ἐγχείη.

v. 189. Aiax cum Vlyſſe litigans exprobrat ei ignauiam:

οὐ γὰρ τοι στέρνοισι πέλει μενεδήϊον ἦτορ
ἀλλὰ σοι ἀμφὶ κέμηλε θάρσος καὶ ἀτάσθαλα ἔργα.

Rhodomannus: ἀμφι μέμηλε θράσος. — Sed ignauum non ita deſcribere potuit. Scribo

ἀλλά σοι ἀμφὶ μέμηλε δόλος καὶ ἀτάσθαλα ἔργα.

Od. X. 19. εἴμ᾽ Ὀδυσσεὺς Λαερτιάδης, ὅς πᾶσι δόλοισιν Ανθρώποισι μέλω.

VIII.

VIII. 107. Vt rupes radicibus firmiter inhaerens

ὣς μένεν ἄτρομος Ἀχιλλέος ὄμβριμος υἱὸς

languet Rhodomanni: *ἄτρομος αἰεὶ.* — Quid?

ὣς μένεν ἄτρομος υἱὸς Ἀχιλλέος ὀμβριμόθυμος.

Idem vitium correximus, in Tzetzae Poſthomericis, quorum apographum ex Tychſenii V. Cl. benignitate acceptum, mox cum reliquis eiusdem Grammatici in bellum troianum carminibus, publici iuris faciemus. —

X. 304. Paris auxilium ab Oenone petens

Ἀλλὰ χόλον ΑΛΛΑΣΥ *πότνα κακὰς ἀπὸ κῆρας ἔρρηε*

ἐσσυμένου —

Fortaſſe:

ἀλλὰ χόλον ΣΥ ΜΑΛΑΣΣΕ *κακὰς δ' ἀπὸ κῆρας ἔρυκε.*

πότνα. eſt corruptum glóſſema. Scripſerat Grammaticus ſuper *κῆρας, πότμον.* quod in *πότνα* mutatum imperitus librarius inuexit. — Neſcio, quis apud Suidam V. *ἄιλινος.* *οὐκ ἐμάλαξε τεὸν θράσος ἄιλινος αὐδή.*

XII. 324. Enumerationem eorum, qui equum ligneum intrarunt, hi verſus claudunt mutili

ἄλλοι δ' αὖ κατέβαινον, ὅσοι ἔσαν ἔξοχ' ἄριστοι
ὅσσους χάνδανε ἵππος *
* ἵππον ἔτευξεν.

Quintus ſcribere potuit

ὅσσους χάνδανε ἵππος· Ἐπεῖος δ' ὕστατος ἄλλων
Ὅς γε τὸν ἵππον ἔτευξεν.

ita Tzetzes in Poſthom. Mſc. 674. Ὀδυσσεὺς
ὕστατος αὖτ' ἄλλων ἐπιβὰς πότε δούριον ἵππον.

CAP.

CAP. IX.

Nullus fere omnium graecorum Poetarum ſaepius editus, emendatus & correctus eſt, quam Theocritus, cuius & ipſa Scholia Viri DD. non dedignati ſunt, quae ſingulari cura tractarent & corrigerent. Attamen, vt haec ſunt innumerabilia, neque Poetae verba, neque in eum Scholia, vbique ſatis emendata leguntur. Vt vnum laudem, illud ad v. 43. Eid. III., Scholion, pro Tua in mythis peritia, non poteſt, quin Tibi ſuſpectum ſit: *ἄτεκνος γὰρ ἦν (ὁ Ἴφικλος) ἐκ τοιαύτης αἰτίας· ἐκτέμνοντι πότε τῷ πατρὶ Φυλάκῳ δένδρον, — ὁ Ἴφικλος παῖς ὢν παρείστηκει.* Omnes hunc locum ſicco pede tranſierunt. Putabam olim: *ἐκτέμνοντι κρίον* ex Apollod. l. 9. p. 50. Nunc video pro *δένδρον*, *ζῶα* legendum eſſe. Euſtath. ad Od. λ. p. 1687. 35. *ἐνδὲ ὑπομνήματι Θεοκρίτου, φέρεται, καὶ ὅτι ἐκτέμνοντι πότε τῷ Φυλάκῳ ζῶα παρείστηκει παῖς ὢν ὁ Ἴφικλος. κ. τ. λ.* Fortaſſe etiam corruptum eſt Schol. in Eid. IX. 25. *ὁ δὲ Μενάλκας τὸν κόχλον λαβὼν, ἐπὶ τούτῳ ἡδέως* ΕΓΕΛΑΣΕΝ. fort. ΕΚΕΛΑΔΗΣΕΝ. vbi in textu eſt: *ἐγκαναχήσατο κόχλῳ. κελάδησαν. ἤχησαν.* Heſych. Idem: *κελαδῶν. ἠχῶν. μέλπων.* v. d'Orville ad Char. p. 516. Miſcell. Obſ. Nov. I. p. 74.

Quae in ipſo Poeta vero hariolatus ſum, benigno velim animo hic legas, Vir Cel., neque iraſcaris mihi, ſi forſitan huc vel illuc, in Poeta, quem Te in deliciis habere ſcio, emendando offenderim.

Eid. VI. 8.

Καὶ τὺ νιν οὐ ποθορῆσθα, τάλαν, ΤΑΛΑΝ,
ἀλλὰ κάθησαι
Ἀδέα συρίσδων.

Sunt, qui in repetitione vocis τάλαν grauitatem quaerant, quae tamen nulla eſſe poteſt. Fortaſſe:

οὐ ποθορῆσθα τάλαν, ΠΑΛΑΙ.

"iam diu eſt, quod illam non adſpicis, illam, quae nihil magis in votis habet." Perpetua eſt enim permutatio litterarum Τ. Π. Γ., quae fortaſſis etiam cauſam corruptionis dedit in v. 69.

Eid. VII.

Καὶ πίομαι μαλακῶς, μεμνημένος Ἀγεάνακτος
ΑΥΤΑΙΣΙΝ καλύκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος
ἐρείδων.

Valkenarius corrigit: αὐταῖς ἐν κ.. Tamen quid αὐταῖς hic ſibi velit non intelligo. Facili negotio emendare potes

ΓΛΥΠΤΑΙΣ ΕΝ καλύκεσσι —

vox αὐτῆς corrupta videtur in hoc Suidae loco v. Ἀλογία. ἡ ἀταξία. — Οἱ δὲ πάντες ἅμα ἀνακράγοντες ἐξ ΑΥΤΗΣ, οἱονεὶ παρεληλύθεισαν. Toupius recte, παρελύθησαν. Fortaſſe etiam:

ἀνα-

ἀδακρύοντες ἐκ ΛΥΠΗΣ. Sequitur enim populum in Senatum tanquam autorem τῶν κακῶν τούτων inuexiſſe. Hoc vitium etiam ex commutatione τοῦ Γ cum Π & τοῦ Λ cum Α orta eſt. Quam mihi animaduertiſſe videor in hoc loco Dionis Chryſoſt. Or. LIX. p. 305. vbi Philoctetes in ſcenam prodiens, Vlyſſem ſibi pro mutata forma nunc ignotum, interrogauerat, cuiusnam rei cauſa veniſſet πότερον ἁρπαγῆς χάριν ἥκεις — ἢ κατάσκοπος τῆς ἡμετέρας δυστυχίας. Ille reſpondet ἕν τοίνυν ἴσθι, οὐ χάριν ΑΙΤΙΑΣ μὲ ἥκοντα καί σοι γε οὐκ ἀλλότριον Φανησόμενον. Manifeſte requiritur vox, quae τῷ ἁρπαγῆς χ. reſpondeat. Mihi proximum videbatur: οὐ χάριν ΛΗΣΤΕΙΑΣ μὲ ἥκ. Leuiori adhuc ratione Lucianum mihi emendaſſe videor in Nigrino §. 6. p. 43. Ἐγὼ δὲ βουλοίμην, εἰ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν λόγων· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταΦρονεῖν ΑΥΤΩΝ οἶμαι θέμις, ἄλλως τε καὶ εἰ Φίλος ἢ παρὰ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη. In hoc loco acutiſſimus Hemſterhuiſius, minus feliciter quam ſolebat, verſatus eſt. Spero, Vir Ill., me Tibi leuem mutationem probaturum eſſe, qua correxeram, καταΦρονεῖν ΑΙΤΩΝ οἶμαι θέμις. "Neque omnino quidem preces contemnere licet, multo minus vero, cum amicus eſt, qui doceri vult. Obiter hic corrigam Suidam V. Αἴσωπος. Σάμιος. — ἐν γὰρ ΔελΦοῖς ἀδίκως ἀπολέσθαι

λέσθαι ὑπ' ΑΥΤΩΝ κατακρημνισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν. legendum videtur ὑπ' ΑΣΤΩΝ.

Vt ad Theocritum reuertar illum, Eid. VIII. 35. ſic ſcripſiſſe perhibent

βόσκοιτ' ἐκ ψυχᾶς τὰς ἀμνίδας, ἣν δὲ πόκ' ἔνθῃ
Δάφνις ΕΧΩΝ δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.

Scio equidem bene dici poſſe, δάφνις ἔχων δ. pro: Daphnis cum bobus ſuis. ſaepius ita Theocritus VIII. 19. XVIII. 2. l. 26. Id tamen hoc loco ferre nequeo, quo ἔχων & ἔχοι aures offendit. Inſuper vide v. 40. noſtro ad amuſſim reſpondentem — κἤντι Μενάλκας τῇδ' ἀγάγοι, χαίρων ἄφθονα πάντα νέμοι. Quare valde ſuſpicor Syracuſanum vatem ſcripſiſſe:

— ἣν δὲ πόκ' ἔνθῃ
Δάφνις ΕΛΩΝ δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.

Quod verbum etiam paulo ſignificantius. Sic v. 73. τὰς δαμάλας παρελῶντα. III. 2. ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλάυνει XX. 33. ἐπ' ἄγκεσι πόρτιν ἐλαύνει.

In Eid. IX. 33.

— οὔτε γὰρ ὕπνος
οὔτ' ΕΑΡ ΕΞΑΠΙΝΑΣ γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις
Ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν μῶσαι φίλαι.

In

In prima harum comparationum aliquid deſiderari, nemo non ſentit. Recte dicitur — οὔτε μελίσσαις ἄνθεα. & expectabam, vt eadem ratione diceretur, cui tandem ὕπνος & ἔαρ gratum ſit. Mira etiam ipſa compoſitio. Sane haec me magis offendunt, quam v. ἐξαπίνας, quam Reiskius non intelligere ſe putabat. Theocritus dare poterat:

οὔτε γὰρ ὕπνος
οὔτ' ΈΔΑΡ ΕΡΓΑΤΙΝΑΙΣ γλυκερώτερον.

"Neque enim ſomnus, neque *cibus operariis*, poſt longum puta laborem, dulcior eſt, quam mihi Muſae." Forma ἐργατίναις dorica & Theocritea eſt. X. 1. XXI. 3. ἔδαρ· βρῶμα. Heſych. — Dum haec ſcribebam, Tua benignitate, Vir Cel., Valkenarii Theocritus mihi adfertur, & ecce! quod nunquam ſperaueram, ille ſummus Batauorum Criticus, in eandem emendationem inciderat, quae ſe mihi, & Heinſii ἐργατίναις & Eldikii ἔδαρ ignoranti, ſua ſponte obtulerat.

Eid. XV. 20.

Πέντε πόκως ἔλαβ' ἔχθες, ἅπαν ῥυπος —
Scribendum videtur: — ἅπαν ῥυπον. Euſtath. in Il. A. p. 81. 34. τοὺς μηροὺς μηρὰ λέγει ἡ ποίησις καὶ τοὺς ῥυπους ῥύπα. ὡς Θεόκριτος ἅπαν ῥυπον.

ib.

ib. v. 100.

Δέσποιν' ἃ Γόλγον τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας
'Αιπείναν τ' Ἔρυκα χρυσῷ ΠΑΙΣΔΟΙΣ'
'Αφροδίτη.

Vox πάισδοια' vel πάιζοισ' VV. DD. varie exercuit. Valkenario placebat emendatio T. H. πείθουσ'. Codex Goth. praebet ΣΠΑΖΟΥΣ' 'Αφροδίτη. in quo vera lectio latere videtur. Facile enim intelligitur, quomodo ex σπαζουσ', παιζουσ' fieri potuerit, non contra. Fortaſſe

— χρυσῷ ΣΤΑΖΟΥΣ' 'Αφροδίτη.

στάζειν enim, vt Latinorum *ſtillare*, de rebus dicitur, in quibus eſt copia.

CAP.

CAP. X.

In Eid. XX. 6. omnes & editi & Mſc. libri

Οἷα βλέπεις, ὁπποῖα λαλεῖς, ὡς ΑΓΡΙΑ πάισδεις.

Totum hunc locum, ſi recte perpendis, non Te fugere poteſt, quod eſt Tuum acutum iudicium, mirum eſſe, puellam vrbanam modo irridere paſtori, modo manifeſta conuicia in eum iactare, & quidem ita, vt ab conuiciis incipiat, tum ad irriſionem procedat, mox iterum ad conuicia delabatur; cum contra animi naturae multo aptius fuiſſet, puellam ab ironia progreſſam, animo deinde irridendo exaſperato, ad mera conuicia deſcendere. Sed haec Theocritus, vel quicunque alius carminis autor eſt, fortaſſe neglexit, fortaſſe vero etiam, ſcripſit

— ὡς ΑΣΤΥΚΑ πάισδεις.

Sic non magis mihi placet, quod in v. 25.

Ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα ΠΟΛΛΟΝ ΑΘΑΝΑΣ

paſtor, qui reliquas, quibus vſus fuerat, imagines ex natura ipſa petierat, nunc oculos ſuos, cum Deae oculis comparat. Neſcio ſane, Vir Celeberrime, an probaturus ſim Tibi ſuſpicionem meam

Ὀμ-

Ὄμματα μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα ΠΟΛ-
ΛΑ ΓΑΛΑΝΑΣ.

Librarius ſcilicet cui Ἀθήνη γλαυκῶπις obuerſabatur, hoc temere inuexerat. Meleager Ep. LXIX.

Ἁ φιλέρως χαροποῖς Ἀσκληπιὰς, οἷα γαλήνης,

Ὄμμασι συμπείθει παντας ἐρωτοπλοεῖν.

Leonidas Tarentinus XLI.

εὖ δ' ὀμμάτων γαληνὸς ἐκλάμπει πόθος.

χαροπὸν vero de mari vulgatum. Secundus Epigr. III. καὶ τοσάκις χαροποῖς κύμασι νηξαμένη.

Ib. v. 34.

Οὐκ ἔγνω δ' ὅτι Κύπρω ἐπ' ἀνέρο· μήνατο βοῦτα

καὶ Φρυγίης ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσι· ΑΥΤΟΝ Ἄδωνιν

ἐν δρυμοῖσι φίλασε καὶ ἐν δρυμοῖσιν ἔκλαυσε·

Cum in his verſibus αὐτὸν ineptum ſit, quippe quod nullam idoneam interpretationem admittat, Waſſenbergius: καὶ τὸν Ἄδ. coniecit, quod tamen ipſum friget. Varia hic tentare licet, nihil igitur certum aut prae caeteris probabile. Fortaſſe: — ἐν ὤρεσι ΑΔΥΔ' Ἄδωνιν. ſic ἀδὺ φιλῆσαι in v. 1. ſiue ΚΑΛΟΝ Ἄδωνιν.

In Idyllio XXII. quod facile corruptiſſimum eſt, ex omnibus Theocriti carminibus, v. 24. pro

ἤδη μύρι' ἐσεῖδον ὀνείρατα, κοὐδέπω ἀώς.

malim

malim — ἤδη μύρια σ᾽εἶδον. h. σοὶ. quam apocopen etiam Tragicis in vſu fuiſſe demonſtrauit Brunkius V. Cl. ad Medeam. 56. & Bacch. 808. in quo loco tamen, pace viri acutiſſimi, legam

ἄγ᾽ ὡς τάχιστα· τοῦ χρόνου σ᾽ ἤδη φθονῶ.

pro vulgato: τ. χ. δὲ σ᾽ οὐ φθονῶ. quod ſenſui minime conuenit. In iisdem Bacchis hac occaſione unum & alterum locum tentabo. v. 306. (ed. Brunk.)

ἀλλ᾽ ἐμοὶ, Πενθεῦ, πιθοῦ,
μὴ τὸ κράτος αὔχει δύναμιν ἀνθρώποις ἔχειν

quod nihili eſt. Forſitan: — δύναμιν ἐν θεοῖς ἔχειν. "ne putes regiam tuam poteſtatem etiam *in Deos valere* poſſe." In v. 626. corruptiſſime legitur

εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμ᾽· ἭΣΥΧΟΣ δ᾽ ἐκ βάκχας ἄγων
δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς.

Duos hic nouos verſus procudit Brunkius V. Cl. elegantiſſimos illos quidem, vix tamen Euripideos. Fortaſſe leui tantum mutatione opus eſt.

εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμ ΗΣ᾽ · ΑΥΤΟΣ δ᾽ ἐκ βάκχας ἄγων.

ἐτόλμησεν Codd. praebent, quod vel omnibus Mſc. inuitis reſtituendum erat.

In eodem Eidyllio, vnde progreſſi ſumus, v. 52.

Ἤνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον· ἀνήλκυσα χρύσεον ἰχθύν.

vox ἰδὼν Criticis non leues labores dedit. H. Stephani correctio aeque atque illa Wartoni, languet. Facillima coniectura, quam tamen minime pro vera dare velim, ſcribendum putabam:

Ἤνυσ' ΕΧΩΝ τὸν ἄεθλον· —

illud ἔχων Atticae abundantiae eſt. noſter XIV. 8. vide Schol. & Vigerium de Idiot. p. 245. paulo diuerſa eſt ratio, cum ἔχειν cum participio alius verbi iungitur; vt κρύψασ' ἔχεις in Hecuba Euripidis 1012. quam loquendi formulam redderem Schol. in Ariſtoph. Eqq. 1345. σκιάδιον σκέπασμά τι ὅπερ αἱ γυναῖκες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἔχουσαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ καίεσθαι τὰς ὄψεις ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Lego: — ἔχουσι ΦΕΡΟΥΣΑΙ. Nunc video Cl. Valkenarium in Adonia. p. 343. C. legere: ἔχουσι ἐξιοῦσαι. — Mea tamen coniectura propius ad litteras accedit. Mutatio enim τοῦ Θ in Φ fere nulla eſt. Qua inſtituta emendaſſe mihi videor Philoſtratum in Epiſt. XXI. vbi ita ad puerum: ἐμοὶ δὲ μούνοις προπῖνε τοῖς ΦΙΛΗΜΑΣΙΝ, ὧν καὶ Ζεὺς γευσάμενος καλὸν οἰνόχοον παρεστήσατο. Vulgo: τοῖς ΟΜΜΑΣΙΝ. Rem extra dubium ponit Epigr. Meleagri X.

Ζεὺς

Ζεὺς πατὴρ ἆρα φίλημα τὸ νεκτάρεον Γανυμήδευς
Πίνεις καὶ τόδε σοὶ, χείλεσιν οἰνοχόει.

In Eid. XXII. v. 116.

Εἰπὲ θεά· σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ ΔΈΤΕΡΩΝ *ὑποφήτης*
φθέγξομαι ὡς ἐθέλεις σύ,

illud *ἑτέρων* nemini non offenſioni fuit. *ἑτέροις* T. H. ſuſpicabatur, quod Valkenario placuit. Neſcio, an propius ad litterarum ductus coniecerim

ἐγὼ ΔΕ ΘΕΩΝ *ὑποφήτης.*

"Tu Muſa, cui vt Deae hoc certamen notum eſſe debet, mihi *Deorum interpreti* illud referas." Sic vocabantur & vates & poetae. Eid. XVII. 115. *Μουσάων ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον.* XVI. 29. *Μουσάων δὲ μάλιστα τίειν ἱεροὺς ὑποφήτας.* Ap. Apollon. Rhod. l. 22. Muſae ipſae *ὑποφήτορες ἀοιδῆς* vocantur.

Eid. XXIII. 2.

ἤρατ' ἐφάβω
τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρόπον ΟΥΚ ΕΘ' *ὁμοίω.*

Verba *οὐκ ἔθ'.* varie damnantur & defenduntur. Mihi poeta ſemper ſcripſiſſe videbatur — *οὐδὲν ὁμοίω.* vt in illo Bionis XVII. 5. de Amore — *ἄγριον, ἄστοργον, μορφᾷ νόον οὐδὲν ὅμοιον.*

ib. 59.

"Ιστατ' ἐπὶ κρηπῖδος Ἔρως ὑδάτων ἐφύπερθεν

ἅλατο καὶ τὤγαλμα, κακὸν δ' ἔκτεινεν ἔφαβον

ΑΙΜΑ Δ' ἐφοινίχθη· παιδὸς δ' ἐπενάχετο φωνά·

αἷμα manifeſto corruptum Reiskius in NAMA mutauit, quem omnes ſecuti ſunt. Propius tamen ad lectionem omnium librorum emendaui — AIMATI φοινίχθη. "Simulacrum Amoris *ſanguine* adſpergebatur."

CAP.

CAP. XI.

A Theocrito ad Bionem & Moſchum procedo. In I. Bionis Eidyllio, in v. 18.

Κεῖνον μὲν περὶ παῖδα Φίλοι κύνες ὠρύσαντο V.V. D.D. *κεῖνον* merito ſuſpectum fuit. Valkenario placuit I. Ruardi 'emendatio — *καλὸν μὲν.* Mihi in mentem venit. — *Δεινὸν μ. π. π. φ. κ. ὠρύσαντο.* h. *δεινῶς.* Sic Theocr. Eid. XXV. 137. *δεινὸν δὲ βρυχῶντο.* & XXVI. 12. *νιν ἀνέκραγε δεινὸν ἰδοῦσα.* Sed in eodem Eidyllio v. 35.

ἁ δὲ Κυθήρα
πάντας ἀνὰ κναμὼς καὶ ἀνὰ πτόλιν οἰκτρὸν ἀείδει

vitii multo manifeſtior eſt. Quis enim unquam audiuit Venerem vrbanum amatorem fouiſſe? Corruptelam verborum *καὶ ἀνὰ πτόλιν* multo magis indicat abhorrens editionis Aldinae lectio: *ἀνὰ κναμῶς ἀνάπαλιν. ἀπὸ ἀείδει.* In talibus ſexcenta excogitari poſſunt, nihil vero ſatis probari. Quid?

πάντας ἀνὰ κναμὼς 'ΑΠΑΛΟΝ *πόσιν οἰκτρὸν ἀείδει*

In v. 57.

Καὶ κλαίω τὸν Ἄδωιν, ὅ μοι θάνε καὶ σὲ φοβεῦμαι.

Quamuis illud *φοβεῦμαι* explicari poteſt, ita tamen languet, vt a tam elegantis poetae manu

 pro-

profectum eſſe mihi perſuadere nequeam. Antitheſin potius exſpectabam, qua Bionem libenter vti Te haud fugit Vir Celeb., quamque facile reſtituere poſſumus, ſcribendo:

ὅ μοι θάνε, κ' εἰς σὲ φορεῖται.

"qui mihi ereptus *ad te deſcendit.* φορεῖσθαι & φέρεσθαι, *ruere* apud Homerum ſaepius ſignificat, vt Il. v. 172. de leone, ἰθὺς φέρεται μένει.

Corruptiſſime in fine elegantis huius Eidyllii (v. 94.) vulgatur

Καὶ Μοῖσαι τὸν Ἀδωνιν ἀνακλαίουσιν Ἄδωνιν
ΚΑΙ ΜΙΝ ΕΠαείδουσιν, ὁ δὲ σφισιν οὐκ ἐπακούει.

Id καὶ μιν. omnes haerent. Mihi prorſus perſuaſum eſt, nomen in illis voculis latere. Spero, Vir Ill., Te probaturum coniecturam meam, qua lego

— ἀνακλαίουσιν, Ἄδωνιν
ΚΡΑΝΙΔΕΣ ἀείδουσιν,

Et hunc locum, ni maxime fallor, Moſchus reſpiciens, cecinit in Bionis Epitaphio v. 28.

καὶ Πᾶνες στοναχεῦντι τὸ σὸν μέλος· αἳ δὲ καθ' ὕλαν
Κρανίδες ὠδύραντο, καὶ ὕδατα δάκρυσι ρεῦντο

ſic enim legam pro — δάκρυα γέντο. — κρανίδες etiam apud Theocritum I. 22. occurrunt Eid. VII. 1. Αμφασία τὸν Φοῖβον ἕλεν, τόσον ἄλγος ΕΧΟΝΤΑ

mihi

mihi multo magis placeret, ſi legeretur — *τόσον ἄλγος* ῎ΙΔΟΝΤΑ. vt *ἄλγος* ſit Hyacinthus, quem imprudens occiderat. In voce *ἀμφασία* corruptum Calliſtrati locum mihi in mentem reuoco, in cuius deſcriptione Amoris haec leguntur: *ὡς δὲ κατὰ μέρος ἐξετάζομεν τὴν τέχνην καὶ τὰ* ΕΝ ΑΥΤΗι ΔΕΑΛΜΑΤΑ, *ἀφασίᾳ πληγέντες ἑστήκαμεν.* Vides, Vir Ill., pro Tua ſagacitate, in his verbis nihil ſani eſſe. Ille ſcripſiſſe videri poteſt — *τὰ* ΕΝΑΥΓΗ ΔΑΙΔΑΛΜΑΤΑ. "& *ſplendida illa artificia.*" Obiter Dionis Chryſ. locum, qui ſimili verborum diſtractione laborat, corrigam. eſt in Orat. LXX. p. 374. Reisk. *πότερον οὖν γεωργία εἶναι τινα ἔργα καὶ* ΠΕΡΙ ΣΚΕΥΗ *ἢ ναυτιλίας — φιλοσοφίας δὲ οὐδὲν ἐστιν οἰκεῖον ἔργον, οὐδὲ πρᾶγμα, οὐδὲ παρασκευή;* Facile Tibi perſuadere potero Vir Doct. legendum eſſe: *καὶ* ΠΑΡΑΣΚΕΥΗ, quod miror Reiskium non vidiſſe.

Eid. XV. 14.

οὐδὲ τις ῞Ελλην —

μεῖνον ἐὸν κατὰ δῶμα. ΦΕΡΟΝ ΔΙΟΙΣΙΝ
ΑΝΑ ΑΡΝΑ.

In hac tam corrupta lectione nil niſi diuinare licet. Accedat igitur V.V. DD. coniecturis & mea hariolatio:

μεῖνον ἐὸν κατὰ δῶμα ΦΥΓΩΝ ΜΟΘΟΝ
ΑΙΝΟΝ ΑΡΗΟΣ.

 Hoc

Hoc ſenſui ſatis conuenit, & ſequentibus etiam, ni fallor, aptiſſimum eſt. Paulo magis corruptus eſt v. 24.

Στόμ' ἀνὰ καλὸν ἄειρε, τὰ δ' ἀδέα δάκρυ' ἐπήνει

tamen VV. DD. curis fere reſtitutus. *Στάμουα* Scaliger emendabat, quod & mihi in mentem venit. Ultimum Hemiſtichium vero Lennepius feliciter ita correxit — *τὰ δαίδαλα τ' ἄτρι' ἐπήνει.* Ut tamen alterum alteri melius reſpondeat, legam: *τὰ δαίδαλα τ' ἄτρια νήει* ſiue: *ἄτρι' ἔνηει.* h. glomerabat.

In II. Eid. Moſchi v. 50.

Ἐν δ' ἦν Ζεὺς ἐπαφώμενος ἠρέμα χειρὶ θείῃ

πόρτιος ΕΙΝΑΛΙΗΣ.

quamuis Pierſoni coniectura — *πόρτιος Ἰναχίης* ſatis ſpecioſa, ideoque a multis probata eſt, tamen inde diſplicere poſſit, quod v. 44 iam *Ἰναχὶς Ἰω* dicta ſit. Quid vetat, quo minus corrigas

πόρτιος ΕΙΔΑΛΙΜΗΣ

h. *ſpecioſae* boui. Vtitur hac voce Hom. Od. XXIV. 278.

Eid. III. 49.

— — Ἀι δ' ὑπεφωνευν
Ὄρνιθες· λυπεῖσθε πελειάδες ΑΛΛΑ ΚΑΙ
ὑμεῖς

Valkenarius, qui ὑμεῖς repoſuit, tamen ne ſic quidem verſum ſanum putabat. Mihi ſatis veriſimile eſt, a Moſcho ſcriptum fuiſſe

λυπεῖσθε πελειάδες ΑΙΛΙΝΑ Χ' ἡμεῖς.

Quod, vt multis vbique obuiis exemplis inſtruam, vix opus eſt.

CAP. XII.

In Euripidis Supplicibus v. 131., quo Theſeus Adraſtum interrogat

ἐκ τοῦδ' ἐλαύνεις ἕπτα πρὸς Θήβας ὄχους

corruptelae manifeſtus eſt. Vox ὄχους debetur ſine dubio verbo ἐλαύνειν. ἅρμα ἐλαύνειν librario notiſſima erant, non idem id, quod Euripidem ſcripſiſſe probabile eſt

ἐκ τοῦδ' ἐλαύνεις ἕπτα πρὸς Θήβας ὄχλους.

Septem turmas. v. Valken. ad Phoen. 204.

In eadem fabula Theſeus Adraſto temeritatem exprobrat, qua impulſus vt Polynicem in regnum reſtitueret, exercitum in Thebanorum agrum duxerat. Nec tamen ipſos, inquit, exules in domum tuam recipere debuiſſes

223. — χρῆν γὰρ οὔτε σώματα
Ἄδικα δικαίους τὸν σοφὸν συμμιγνῦναι
ΕΥΔΑΙΜΟΥΝΤΑΣ δ' εἰς δόμους κτᾶσθαι φίλους.

Librarius mihi difficiliorem vocem cum notiſſima commutaſſe, & ſic locum corrupiſſe videtur. Quid, ſi Euripides ſcripſiſſet

ΚΟΥ ΔΑΙΜΟΝΩΝΤΑΣ εἰς δόμους κτᾶσθαι φίλους.

Id vero non parum firmatur ſimillimo Euripidis loco in Phoeniſſ. 893.

Ἐκεῖνο

Ἐκεῖνο μὲν γὰρ πρῶτον ἦν, τῶν Οἰδίπου
μηδένα πολίτην, μήδ' ἄνακτ' εἶναι χθονὸς,
ὡς ΔΑΙΜΟΝΩΝΤΑΣ καναατρέψοντας πό-
λιν.

Rariores voces a librariis quam ſaepiſſime corruptas eſſe, Tu optime ſcis, & hic illic ipſe animaduertiſti. Juuat hic duos locos apponere, quibus id contigiſſe videtur. Alter eſt Luciani in Amoribus. 2. T. II. p. 399. οὐ γὰρ Ἡλιάδης ἐγώ τις, οὐδὲ Λημνιάδων ΕΡΙΣ. Probabis, Vir Ill., coniecturam meam, οὐδὲ Λημνιάδων ΕΡΝΟΣ, quae poetici coloris vox, in hoc opere, quod in plurimis locis poetarum & notionibus & ſermoni adhaeret, non improbanda eſt. Alter eſt ex Euripidis Ione v. 191.

Ιω. Λερναῖον ὕδραν ἐναίρει
χρυσέαις ἅρπαις ὁ διὸς παῖς —
Χο. Ορῶ. Ιών. καὶ πέλας ἄλλος αὐτοῦ
ΠΤΑΝΟΝ πυρίφλεκτον αἴρει.

Vbi interpres latinus: Et prope eum alius interficit ardentem volucrem. Nihil facetius! Haec enim ardens volucris nulla eſſe poſſet, niſi eadem Hydra, quam V. 191. iam interfecerat Hercules. Barneſius vitium vidit, tollere non potuit. Vna littera eiecta, lego

ΠΑΝΟΝ πυρίφλεκτον αἴρει
"facem ardentem tollens." πανὸς idem quod φανὸς ap. Ariſtoph. Plut. 640. Lyſiſtr. 308. Euſtath.

ſtath. in Il. τ. p. 1258. 39. ἰστέον δὲ ὅτι τὸ παρ' Ὁμήρῳ σέλας πυρὸς, ἤτοι πυρσὸν, φανὸν οἱ νεώτεροι εἶπον Ἀττικοὶ, ὁ δὲ αὐτὸς, (in h. v. nomen autoris latere videtur.) καὶ πανὸν.

In Supplicibus, ad quas iam redeo, v. 381. Theſeus mulierum precibus commotus, nuntium Thebas mittit, quem ſic alloquitur

Τέχνην ΜΕΝ ΑΙΕΙ τήνδ' ἔχων, ὑπηρετεῖς
πόλει τε κἀμοὶ, διαφέρων κηρύγματα.

Nemini non corrupta videbantur haec μὲν αἰεὶ, ſic in orationis initio poſita. Fortaſſe ſcripſerat ille

Τέχνη ΜΕΛΟΙ ΣΟΙ, τήνδ' ἔχων, ὑπηρετεῖς —

"tibi iam illud *officium curae ſit*, quod & mihi & ciuitati huic praeſtare ſoles" ita ſaepiſſime tragici. v. 938. δμωσὶν ἂν μέλοι πόνος. τέχνην τιμᾷν ſic dicitur in loco huic noſtro non abſimili. Iphig. Taur. 53. κἀγὼ τέχνην τήνδ' ἔχω ξενοκτόνον. Τιμῶσ' ὑδραίνον αὐτόν. vbi τέχνη nihil notat, niſi *officium*. Ne quem vero τήνδε pro ἥνδε offendat, cf. Markl. ad Suppl. 588.

Varie VV. DD. tentarunt v. 786. qui in deploratiſſimis eſt.

Ἄγαμον μ' ἔτι δεῦρ' αἰεὶ
χρόνος παλαιὸς πατὴρ
ὤφελ' ἈΜΕΡΑ κτίσαι.

Atti-

Atticiſmus, ni fallor, a librario non intellectus, anſam corruptelae dedit; ſuſpicor poetam dediſſe

Ἄγαμον μ' —
ὤφελ' ΑΝΕΡΩΝ κτίσαι.

ἄγαμος ἀνέρων innupta eſt. ita v. 810. τέκνων ἄπαιδα dicit, vt Xenoph. κ. π. IV. 62. 6. 2. ἄπαις δὲ εἰμι ἀρρένων παίδων. Sophocl. Oedip. T. 200. Oedip. Col. 710. Valken. in Phoeniſſ. 328. p. 114.

Mirum eſt, & a nemine intellectum, quod v. 255. eiusdem Tragoediae vulgatur:

λάβετε, φέρετε, πέμπετε,
ΚΡΙΝΕΤΕ, τάλαινας χέρας γεραιάς.

Quid κρίνετε hac in re valere poſſit, cum ignorantiſſimis ignoro. Fortaſſe:

ΚΡΟΥΕΤΕ — χέρας.

"*complodite* manus, quod in laetis rebus aeque ac in aduerſis moris fuiſſe docet Bourdelot. ad Petron. c. 19. p 90. Apulei. IX. Metam. Suosque caſus grauiter ingemiſcens, depenſis pro prandio lacrymis, vacuasque *manus complodens*." Vt haec comploſio manuum, ita etiam oris dilaceratio triſtitiae & luctus ſignum fuit. Exemplum huius rei habemus in corrupto Euripidis loco, in Helen. 376.

Ἐπὶ

Ἐπὶ δὲ κρατὶ χέρας ἔθηκεν,
Ὄνυχι δ' ἁπαλόχροα γένυν
Ἔδευσε Φοινίαισι ΠΛΑΓΑΙΣ

Sic male vulgo. Vehementer ſuſpicor legendum eſſe

— γένυν
ἔδευσε Φοινίαισι ΠΑΓΑΙΣ.

Quod Tu, iam olim probaſti, Vir Cel. . Soph. Trach. 852. ἔρρωγεν πάγ[illegible]ακρύων. Eurip. Alc. 181. πᾶν δὲ δέμνιον ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύετο πλημμυρίδι. 1067. Ἐκ δ' ὀμμάτων Πηγαὶ κατεῤῥώγασιν. vt hic Φοινίαισι πάγαις ſic Aeſch. Prom. 401. παρειὰν νοτίοις ἔτεγξα πάγαις. Hercul. fur. 98. Antig. 803. — In luctu crines ſecare ſolemne fuiſſe, notiſſimum eſt. Qui mos in duobus Epigrammatibus expreſſus, librariorum incuria, ſi quid video, obliteratus eſt. Primum eſt Mnaſalcae XVIII. (Anal. Vol. I. p. 193.)

Αι ἄι Αριστοκράτεια, σὺ μὲν βαθὺν εἰς Αχέροντα
οἴχεαι ὡραίου κεκλιμένα πρὸ γάμου
ματρὶ δὲ δάκρυα σᾷ καταλείπεται, ἅ σ' ἐπὶ τύμβῳ
πολλάκι κεκλιμένα κωκύει ἐκ κεφαλᾶς.

Omnino

Omnino alterum κεκλιμένα corruptum eſt. Putabam:

πολλάκι κειρομένα κωκύει

vt πολλὰ κινυρομένη ap. Homerum. & Quint. Smyrn. 477. ἀμφὶ δὲ μητὴρ Πολλὰ κινυρομένη κενέῳ ἐπαΰτεε τύμβῳ. Idem verbum in alio Epigrammate certo certius reſtituendum eſt, quod Leich. in Sepulcr. p. 29. ita edidit:

Ἀλκύοσιν Λήναιε, μιλεῖς τάχα, κῶφα δὲ μητὴρ
μύρεθ' ὑπερ κρυεροῦ μυρομένη δὲ τάφου

d'Orville ad Char. T. I. p. 253. vitium animaduertit, non vero ſuſtulit, niſi quod σὲ pro δὲ ſcriberet. Scripſit autor, quem ego ignoro,

μύρεθ' ὑπὲρ κρυεροῦ κειρομένη σὲ τάφου.

ſic Theoſeb. Epigr. in Anal. Vol. II. p. 450. Ariſtot. Epigr. in Aiacem. D'Orville, eodem loco, quo hoc Epigramma laudat, & aliud a prauis Muratorii interpretationibus vindicat, cuius primi verſus ita leguntur

Μύρἰ ἀποφθιμένοιο τάφῳ περὶ τῷδε χυθεῖσα
παιδὸς Ἀλεξάνδρου μύρατο Καλλιόπα.

μύρια pro μῦρα dici poſſe putabat Muratorius. Quod cum ineptum eſſet, d'Orville μύρια pro μυρίως

ρίαις accipiendum eſſe docebat. Sed *μυρίως περιχυθεῖσα* habet, quod offendat. Cum tamen hoc in ſenſu, qui in diuerſis hominibus diuerſus eſſe ſolet, ſitum eſt, nihil temere affirmare auſim. Certe ſcribere potuiſſet Epigrammatis autor

μοίραν ἀποφθιμένοιο τάφῳ περὶ τῷδε χυθεῖσα
παιδὸς Ἀλεξάνδρου μύρατο Καλλίοπα.

quod per compendium *μοιρ'* ſcribi potuit, vnde *μυρί'*.

CAP.

CAP. XIII.

Agedum Latinarum etiam Muſarum delicias accedamus, vt ſi quid in iis emendandis, ingenium noſtrum periclitatum ſit, id Tuo iudicio, quo nihil acrius politiusue eſt, ſubiiciamus. In Latinis enim, quam multa adhuc, VV. DD., curae corrigenda reliquerunt, Te, Tibulli & Virgilii ſoſpitatorem, haud fugit, in quibus ipſis etiam, nonnulla adhuc parum emendate leguntur. In illis tamen heroibus paulo verecundior Critica exercenda eſt. Probabas tamen, Vir Ill., quod in Tibullo II. I. 46. conieceram.

Miſtaque *veſano* ſobria lympha mero eſt.

cum id, quod vulgo legimus — *ſecuro - mero*, non ſatis aptum videri, moneres. Memini hac occaſione Epigrammatis latini in Anthol. l. XXII. vbi de Baccho cum Nymphis miſto ſermo eſt.

Infantem Nymphae Bacchum quo tempore ab igne
prodiit inuentum cinere abluerant:
ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa eſt,
Seiunctus quod ſit ignis & vrat adhuc.

Habes hic interpretationem graeci Epigrammatis, quod extat in Anthol. Gr. l. c. 1.

Ἀι Νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλαθ' ὁ κοῦρος

νίψαν, ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
Τοὔνεκα σὺν νύμφαις Βρόμιος φίλος. ἢν δὲ
νιν εἴργῃς
μίσγεσθαι, δέξαι πῦρ ἔτι καιόμενον.

Multa hic vides accurate ad verbum expreſſa, alia minus, ſed ea, quae vix ſana videri poſſunt. Primum *ἥλατο* non eſt *prodiit* ſimpliciter, ſed cum impetu quodam prodire, h. proſilire. Hoc quo minus reſtituas, nihil vetat — quo tempore ab igne

Proſilit.

Anthol. v. Ep. XII. *Proſilit* e mediis candens rota Tethyos vndis. Ep. VII. Tethyos vndivagae cum *proſilit* aequore Titan. Ouid. Faſt. III 841. An quia de capitis fertur ſine matre paterni Vertice cum clypeo proſiluiſſe ſuo. — Recte vero: proſilit *ab* igne. vi. Liv. II. 12. prope adtonitus miraculo rex, quum *a* ſede ſua *proſiluiſſet*. In ſequentibus vero multo corruptior eſt lectio. Quid enim? iccirco Baccho mutuus amor cum Nymphis eſt, quia, illarum operâ, ignis remotus & extinctus erat, & — quia idem ille ignis adhuc vrit? Hoc ineptum! Secundum graecum exemplar vero, hunc fere ſenſum reſtituere debes: ſi Bacchum prohibes, quo minus ſe cum Nymphis miſceat, ignem adhuc flagrantem inuenies! Quare latinus interpres fortaſſe ſcripſit:

Seiunctis *prodit* ignis & *vrit* adhuc.

altera

altera ſyllaba in pro*dit* producitur graecorum more. v. Terent. Maur. p. 81.

Cum in Anthologiam delatus ſim, permittes mihi, V. Ill., vt vnum & alterum Epigramma corrigere tentem. L. I. Ep. XXX. Cupido amans in has voces erumpit

v. 8. In furias ignesque trahor: licet orbe ſuperno
Jupiter, ex altis vndis Neptune tegaris;
Abdita poenarum eſt * ingum Tartara Pluton;
Impoſitum rumpemus onus.

ad hunc foede laceratum locum, Burmannus nihil niſi: fort. *ingens in Tartara Pluton.* quod ne intelligo quidem. Scripſit, ni me omnia fallunt, incertus auctor

Agmina Poenarum & cingant tua Tartara Pluton,

ita Virgil. Aen. IV. 469. Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus. Propert. IV. 12. 22. Juxta Minoïda ſellam Eumenidum intento turba ſeuera foro. Poenas vero ſ. Eumenidas in atrio Plutonis excubias agere, notum eſt vel ex Virgil. Aeneïd. VI. 279. Ouid. Metam. 452. ſq.

L. I. Ep. LXVIII.

De Venere.

Vritur igne ſuo fumantibus Aetna cauernis,
Pendet Amore Venus vritur igne ſuo.

Varia hic tentauit Oudendorpius: candens ſ. ſplendens. ſ. pallens ore Venus. Proximum eſſe videtur

Perdito Amore Venus vritur igne ſuo.

perditus amor. Catull. XCII. 2.

L. I. Ep. XCIX.

De Telepho.

v. 7. pro cuius cura conſultus dixit Apollo
Hoſtica quod ſalubrem cuſpis haberet opem.
Mox precibus flexi Pelidae robore *ſacro*
Iniecto membris puluere plaga *fuit.*

Mire hic turbant Critici. — *plaga fuit* N. Heinſius. Sed ita habemus robur ſacrum, quod quid ſit, nemo intelliget. Burmannus — *robore raſo l. m. p. plaga fugit. ſ. coit.* Sed robore *raſo* diſplicet. Fortaſſe

Mox precibus flexi Pelidae robore *farta*
Iniecto membris puluere, plaga *fuit.*

Vulnus iniecto puluere *reſarciebatur.* Vulnus ſartum, eſt ap. Scribon. 206.

L. I. Epigr. CXXV.

De Philocteta.

Prodentem ducibus Tyrinthia tela Pelasgis,
Laeſa Philoctetam vulnere planta domat.
Docta manus viuos duxit de marmore ſenſus,
Sentit adhuc poenam triſtis & in lapidem.

In

In Diuionenſi Codd. — *in lapide.* Quod Oudendorpius amplectabatur. Dura tamen lectio, nec quae ſe ab elegantia commendet. Neque omnino probare poſſum, quod N. H. coniecit — & inde lapis. Corrigi poteſt.

Sentit adhuc poenam triſtis & ipſe lapis.

vt IV. VII. 5. Laetitiam Diuum ſentit & ipſe locus. cf. cum hoc Epigrammate, illud Glauci in Anal. P. II. p. 348. in cuius initio legendum puto: Ναὶ τὸν ἀπὸ τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον ἥρω Τένδε Φιλοκτήτην ἔγραφε Παῤῥάσιος. "*Sane* Parrhaſius Philoctetam viderat."

L. I. Epigr. CLV.

De Hyacintho

Diſcrimen vitae, ludit dum forte Hyacinthus,
Incurrit, diſco tempora fiſſa gerens.
Non potuit Phoebus fato ſubducere amatum,
Sed cruor extincti *florea rura* replet.
Diſperſit remeans ludentis tempora diſcus
Et dira pulcher morte Hyacinthus obit
Gratia magna tamen ſolatur morte peremti
Semper Apollineus flore reſurgit amor.

Hoc non vnum, ſed duo Epigrammata eſſe, recte animaduertit Burmannus. Sed tunc finis prioris illorum, qui in 4to verſu eſt, vix idoneus videbitur, cum nempe, quod nullo modo praeteriri poterat, de flore, in quem puer mutatus eſt, nihil dictum ſit; & ſane in verbis — florea rura replet, vitium latere, valde ſuſpicor. Fortaſſe:

Sed cruor extincti *flore nouo arua* replet.

verbo — *nouo*, enim forte omiſſo, relictum erat — *flore arua;* quod imperitus quidam diſtraxit *florea rua* & inde noua, ſed inepta lectio *florea rura* originem traxit. Petron. p. m. 47. Damnabat Apollo noxias manus, lyramque reſolutam *nouo flore* honorabat. Ouid. Metamorph. X. 205. de eodem Hyacintho: Te lyra pulſa manu te carmina noſtra ſonabunt *Flosque nouus* ſcripto gemitus imitabere noſtros. — Vox arua, ni fallor, reſtituenda eſt Catoni in Diris v. 43.

— Diffuſis ignibus *arua.*
Transuolet, arboribus coniungat & ardor ariſtas

vbi vulgo: diffuſis ignibus *aura* legitur. Eadem vox reuocanda in carmin. XVII. Libri II. quod vt ineptum eſt, ita & valde corrupte legitur.

Mille

Mille poſt annos quater atque centum
Graeciae vindex capit arma MVNDI,
et ſuperborum grauis ARMA regum
Diripit audax

lego:

Graeciae vindex capit arma INVNCTAE
et ſuperborum grauis ARVA regum
Diripit audax

Graeciam inunctam ſumſit ex Horat. Ep. II. l. 33. pingimus atque Pſallimus luctamur *Achiuis* doctius *vnctis*.

CAP. XIV.

L. II. Ep. V.

Quantum fata valent atque immutabilis ordo
Aſtrorum docui Cyrus: quem nulla domare
Vis potuit, non Aſtyages Babylonue ſuperba
Maſſagetis EADEM me fata dedere tremendis.

Cur, quaeſo, *eadem fata?* quod locum haberet, ſi poeta dixiſſet: quae fata mihi Aſtyagen & Babylona ſuperanda dederunt, eadem me nunc Maſſagetis interficiendum dedere." Nunc vero malim

Maſſagetis TANDEM me fata dedere tremendis.

L. II. Ep. LXIV. Octauiani Auguſti.

In Macetum Campis vltus iam Caeſaris vmbras
Sum patris Auguſti, belloque armisque ſuperbus.
Namque meos ſenſit fugiens Antonius enſes.

Quan-

d by Google

Quantum ingens ORBIS, quantum Jouis alta poteſtas
Tantus in orbe fui; mare trans pontumque ſubegi;
Vix coelum ſuperis & ſidera ſumma reliqui.

Verſus 4tus mendi manifeſtus eſt. Tentat Burmannus: — quantum ingens genitor. Oudendorp. — q. i. Orci. Sed tale quid apud alios poetas fruſtra quaeres. Scripſerat forſitan autor

Quantum ingens *Martis*, quantum Jouis alta poteſtas.

Hoc Auguſto optime conuenit. Similem cum Marte comparationem inſtituit Claudian Stilic. II. 267. Talis ab Iſtro Vel Scythico victor rediens Gradiuus ab axe ingreditur trabeatus equis.

Duo illa in Maecenatem carmina, quae in hoc Anthologiae libro ſub Albinouani nomine, leguntur, quamuis in multis locis admodum ieiuna, non omnino tamen indigna ſunt, quae emendatius legantur. Coniecturis VV. DD. & meam qualemcunque adiiciam ſymbolam. Statim initio prioris illorum v. 5. legitur

 Irre-

Irreligata ratis nunquam defeſſa *carina*
It redit in vaſtos ſemper onuſta lacus.

Alii aliter. Mihi placet — ratis nunquam defeſſa *Charontis*, quod cum *Carontis* ſcriberetur, facile in carina abire potuit. Hoc inferni nautae nomen, quamuis faepius corruptum, tamen in Theocr. XVI. 40. non reſtituendum eſt. Vulgata enim lectio — *ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος*, multo elegantior eſt commento Lambini — *στυγνοιο χάρωντος* & Toupii — *στύγνοιο γέροντος*. Tibull. III. V. 23. eadem ratione: Elyſios olim liceat cognoſcere campos *Lethaeamque ratem* Cimmeriosque lacus.

v. 21. legitur:

Quod diſcinctus eras, animo quoque carpitur vnum,
Diluitur nimia ſimplicitate tua.

Quo illud *vnum* pertineat, non intelligo. Multa enim in Maecenate reprehendebantur. Burmanni coniectura, *animo, quod carpitur vnum* difficultatem minime tollit. Velim arrideat Tibi, quod ipſe hariolatus ſum

Quod

Quod diſcinctus eras, animus quoque carpit
iniquus.

Animus iniquus h. iniqui. Virgil. Aen. X. 7. tantumque animis certatis iniquis.

In altero, in Maecenatis obitum ſcripto carmine, v. 3tio haec vulgantur:

Mene, inquit, iuuenis primaeui, Juppiter, ante
Anguſtam Bruti non cecidiſſe finem.

Veriſſime quidem J. F. Gronouius Druſi nomen reſtituit. Verſus tamen ne ſic quidem omnino ſanus eſt. Forſitan

Abruptam Druſi non cecidiſſe diem.

Virgil. Aen. IV. 631. Inuiſam quaerens quam primum abrumpere lucem. &, vitam abrumpere VIII. 579. abrumpere filum de Parcis frequentiſſimum. Seruius ad Aen. X. 814. Hoc reſtitui voluit V. D. in Miſc. Obſ. Nov. T. I. p. 191. Epicedio Druſi v. 103.

Te queritur, caſusque tuos, *inciſaque fila*
Accuſatque annos vt diuturna ſuos.

Vulgo — irriſaque tales, vnde olim efficere volebam

— inuiſaque fata.

Liuia

Liuia ſcilicet fatis ſuccenſebat, quod longiorem vitam praebentia, ei integra fortuna mori ademerant.

Cum his carminibus in nouiſſima eorum a Wernsdorfio curata editione, notiſſimi illi, Petronii de bello ciuili verſus iuncti ſint, hic ſtatim duas in eos coniecturas adponam:

v. 90. En etiam mea regna petunt: perfoſſa dehiſcit
Molibus inſanis tellus; iam montibus hauſtis
Antra gemunt & dum lapis varium inuenit vſum
Inferni manes coelum *ſperare* iubentur.

Vltimus horum verſuum vix aliter accipi poteſt, quam ita: manes ſpem lucem coeli videndi capiunt. Quod menti poetae plane aduerſatur; quin etiam manes nihil magis timebant. Alieniſſimum eſt, quod Cl. Wernsdorf laudat e Virgil. Georg. IV. 325. Quid me coelum ſperare iubebas. Quum perpetua ſit permutatio verborum *ſpectare* & *ſperare*, putabam

Inferni manes coelum *ſpectare* iubentur.

Quod horrendum nefas ſcilicet! — cf. Hom. XX. 63. ſq. Ouid. Metam. V. 356. Virgil. Aen. VIII. 243. Lucan. VI. 742.

Ib.

Ib. v. 249. Pax prima ante alias niueos pulſata lacertos
Abſcondit *galea* victum caput, atque relicto
Orbe fugax Diti petit implacabile regnum.

Merite haec *galea* VV. DD. ſuſpecta eſt. De Plutonis galea certe non cogitandum erat. Argutiis miſſum factis legamus potius

Abſcondit palla victum caput —

Quod triſtitiae ſignum fuit. Salmaſ. ad Tertull. de pall. p. 308. Interpp. Petron. p. 64. Virgil. Aen. XII. 885. de Juturna ob fratris mortem moeſta.

Caput glauco contexit amictu
Multa gemens & ſe fluuio Dea condidit alto.

CAP.

CAP. XV.

Deploratus eſt locus in Epigr. CLV. libri II. Anthologiae latinae, in quo emendando VV. DD. operam & oleam perdiderunt. Cornelius Seuerus, autor huius in Ciceronem carminis, ſic cecinit

v. 4. Tunc redeunt animis ingentia conſulis acta
Jurataeque manus, deprenſaque foedera noxae,
Patriciumque nefas; EST TVNC & poena Cethegi,
Deiectusque redit votis Catilina negandis.

Facile, ſpero, probabis, Vir Doct., leuem mutationem, qua hunc locum ſanare conatus ſum. Scripſit Seuerus, ſi quid video,

patriciumque nefas DETECTVM & poena Cethegi.

Quod non leuiter ex alio in Ciceronem carmine firmari poteſt (II. CLIX.)

Sed vigili cura, *detectis* hoſtibus, vrbem
Supplicioque datis praeſtitit incolumem.

L. II. Epigr. CCXXXIII. In Statium

Qui primo cecinit Thebas, mox CASUS Achillem,
occidit, hac colitur Statius in ſtatua.

Ouden-

Oudendorp corrigendum putabat — mox rurſus Achillem; quae emendatio non habet, quo ſe commendet. Duabus litteris paululum immutatis, concedes mihi legendum eſſe

mox ORSUS Achillem

"Statius, qui carmine de bello Thebano finito, *Achilleida exorſus erat*, hic conſpicitur." Achilles pro carmine de Achille vt "Αδωνις Theocr. XV. 96. Σπέρχιν. 98. quem vſum loquendi docte illuſtrâuit Valken. in Adon. p. 391. A.

L. II. Epigr. CCLXII.

> Nullum opus exſurgit, quod non annoſa vetuſtas
> Expugnet, quod non vertat iniqua dies,
> Tu licet extollas magnos ad ſidera montes,
> Et *calidas aeques* marmore Pyramidas.

ineptam lectionem — calidas P. ſic corrigere conatus ſum .

> Et coelo exaeques marmore Pyramidas.

Virgil. Aen. IV. 49. aequataque machina coelo. Contra vocem *coelo* expungendam crediderim in Virgilii Ciri 175.

> Sedibus ex altis *coeli* ſpeculatur amorem.

Quod, cum de puella, amatum oculis quaerente, dictum ſit, nemo non ineptum iudicauit. In mentem mihi venit

> Sedibus ex altis oculis ſpeculatur amorem

vt

vt Virg. Aen. II. 68. Oculis Phrygia agmina circumſpexit. Lucret. II. 357.

Lib. II. CXXI. De nauigatione Druſi.

v. 5. Nunc illum pigris immania monſtra ſub vndis
qui *ferat* Oceanum, qui ſaeuas vndique Peſtes
aequoreosque canes, ratibus conſurgere prenſis.

In hoc corruptiſſimo carmine v. 6tum ſic emendandum ſuſpicabar

immania monſtra ſub vndis,
qui *fouet*, Oceanum.

Fouere enim pro tenere, ſeruare, nutrire, ſaepiſſime dicitur.

L. III. Ep. II. In Athenas & alias vrbes.

Quisquis Cecropias arces cognoſcis Athenas
quae veteris famae vix tibi ſigna dabunt;
Hasce Dei, dices, coelo petiere relicto?
regnaque partitis haec fuit una Deis?

verſum 4tum variis VV. DD. coniecturis tentatum, ſic ſcribi malim:

praedaque partitis haec fuit vna Deis?

"num haec vna vrbs Diis inter ſe partitis praeda fuit, num hanc vnam ſuam eſſe voluerunt?"

In

In l. III. Ep. LXII. comparatio inter maris aerumnas & ruris commoda inſtituitur

> Illic inter aquas vrit ſitis arida fauces
> Hic dat *periuro* baſia *multo* viro
> Nauiget & fluctus laſſet mendicus Ulyſſes
> In terris viuet candida Penelope.

quis, quaeſo, dat baſia? Coniecerat Burmannus — *ſecuro baſia amica viro.* Paulo propius ad litterarum ductus tentabam

> Hic dat *perluto* baſia *amica* viro

Perlutus ſ. prolutus opponitur ſicco & ſitienti. Virgil. in Copa. v. 29.

> Si ſapis aeſtiuo recubans te prolue vitro
> ſeu vis Cryſtallo ferre nouos calices —
> Candida formoſae decerpes ora puellae.

Prolutus de eo, qui vino madet, notiſſimum. Horat. Serm. II. IV. 26. l. v. 16. Idem vero *perlutus.* Tum vino perluitur os. Colum. VI. 8. Nec mea Tiſiphone ſitientes perluit artus. Petron. de bell. Ciu. 97.

L. III. Ep. CXVII.

> Neſcio quo ſtimulante malo pia foedera rupi

non capiunt vires crimina tanta meae.
Inſtitit & ſtimulis ardentibus inſtitit actum
ſiue fuit fatum, ſeu fuit ille Deus. —
Arguimus quid vana Deos? vis Delia verum
qui mihi te dederat idem & ademit Amor.

v. 5. Burmanno placebat — arguimus quid, vana, Deos? vt puella vana vocetur. Quod nulla idonea cauſa firmari poteſt. Quin legamus

Arguimus quid fata? — Deos? —

"cur Deos, cur fata accuſo, cum vnus amor autor & origo mali ſit?"

L. III. CXCIX. 7.

Vincula nec cures capitis diſcuſſa ſoluti
& coram faciem mel habet illa ſuum.

Ingenioſe quidem N. Heinſius: — Nec coram faciem me lauet illa ſuam. Tamen hoc Epigrammatis ſenſui nullo modo conuenit. Non ſane timendum erat, ne puella, quae vt Baſiliſſa ſemper munda & comta videri voluit; propter quod vanum ſtudium ipſius amatoris reprehenſionem ſubit, ne illa, inquam, coram amatore lauet. Erat cum tentarem

at

at decorant: facies mel habet illa ſuum.

Tu vero, Vir Ill., me monuiſti vel legendum eſſe — ah! decorant! — vel quod Tibi magis placeret — ſoluti me coram; facies — quod vt ſimpliciſſimum & elegantiſſimum amplector.

 CAP.

CAP. XVI.

Apud Petronium c IV. legimus: Nunc pueri in ſcholis ludunt, iuuenes ridentur in ſchola; & quod vtroque turpius, quod quisquis perperam diſcit, in ſenectute confiteri non vult." Si quid mutandum eſt, vt videtur, cum iuſtam antitheſin deſideres, ſcribam — quod quisque *puer perperam* diſcit, in ſenectute confiteri non vult. Petronius enim Horatium reſpexit Ep. II. l. 83.

Vel quia turpe putant parere minoribus, & quae
imberbes didicere, *ſenes* perdenda fateri.

cauſa erroris in aperto eſt. Ita verba bis repetita, vel proximis ſono ſimilia, ſaepiſſime omittebantur. Ex hoc canone forſitan Suidas reſarciri poteſt in V. *Γνωμη. οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερον. πᾶς γὰρ ὁ δύναμει προὔχων δικαιότερα ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ πράττειν δοκεῖ.* Recte Kuſterus quaerit, quid hoc fragmentum ad vocem *γνώμη* faciat? & quae L. Bos in Animad. p. 149. reſpondet, magis arguta ſunt quam vera. Lego: *Γνώμη. γνώμης ὀυδὲν δικαίωμα ἰσχυρότερον των ὅπλων."* Nullum, a ratione petitum praeſidium, potentius armis."

Paulo

Paulo ante in II. Petronii Capite, vbi de cauſis corruptae eloquentiae diſputatur:

Nondum iuuenes *declamationibus continebantur*, quum Sophocles aut Euripides inuenerunt verba, quibus deberent loqui.

Burmannus vulgatam lectionem a Criticorum conatibus defendens, malis exemplis vtitur. Aliud enim eſt, exercitationibus continere, aliud, declamationibus. Petronius forſitan ſcripſit — Nondum iuuenes *declamatoribus committebantur*.

In eodem capite vulgatur: — Grandis & vt ita dicam pudica oratio, non eſt *maculoſa* nec turgida, ſed naturali pulcritudine exſurgit. — vbi vocem *maculoſa* N. H. recte impugnauit. Neque tamen probandum eſt, quod ipſe conicit — *non eſt muſculoſa* — Quod laudi, non opprobrio eſſet. v. Burmann. Mihi in mentem venit: — nec eſt *macilenta* nec turgida. Autor de cauſ. corr. eloq. c. 21. Oratio autem ſicut corpus humanum, ea demum pulcra eſt, in qua non eminent venae nec oſſa numerantur, ſed temperatus & bonus ſanguis implet membra. Cicero Brut. c. 64. Lyſiam oratorem vocat paulo ſtrigioſiorem. de Orat. II. 59. genus ſermonis

 non

non liquidum, non fuſum ac profluens, ſed exile, aridum, conciſum.

Varie tentatus eſt locus in C. XIV.

> Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat
> aut vbi paupertas vincere nulla poteſt.
> Ipſi qui Cynica traducunt tempora *COENA*
> nonnunquam nummis vendere verba ſolent.

Ferenda forſitan vox varie impugnata — *coena.* Forſitan vero ſcribendum etiam

> Ipſi qui Cynico traducunt tempora *coeno.*

In Cap. XVII. "Ipſa quidem illa nocte vexata, tam periculoſo inhorrui frigore, vt tertianae etiam impetum timerem: & IDEO medicinam ſomno petii iuſſaque ſum vos perquirere & impetum morbi monſtrata ſubtilitate lenire."

Cum nihil dicat Quartilla, a quo iuſſa ſit, mihi hic locus ſuſpectus eſt. Docte quidem probant Interpp. ſomniantibus medicinam per quietem monſtrari, ſed plerumque additur, quis ille ſit moni-

monitor. Quid ſcribere vetat: & A DEO medicinam ſomno petii —

Cap. XXI. Illinc puella penicillo, quod & ipſum Satyrio tinxerat, Aſcylton OPPRIMEBAT. — Non intelligo, quid ſit penicillo opprimere. Puto: Aſcylton *oblinebat.* Tacit. Ann. II. 17. Oblitus faciem ſuam cruore, ne noſceretur.

Corruptiſſimus facile locus in toto Petronio eſt in c. XLIV., qui ante Reiskium ita legebatur: — O ſi haberemus illos leones, quos ego hic inueni, quum primum ex Aſia veni. Illud erat viuere! *Similia Sicilia interiores* & laruas ſic illos peridoptabant, vt illis Jupiter iratus eſſet. " Quem locum ſic reſtitui poſſe putabam: — illud erat viuere! *Simili ſiccitate fures* & laruas ſic iſtos percolophabant. — Quod toti ſenſui bene conuenire concedes mihi, V. Ill.. Queſtus erat Ganymedes garrulus de caritate annonae ex *ſiccitate* orta. Aediles in culpa eſſe, dixerat, qui cum piſtoribus colluderent. Vtinam, pergit, vtinam ſupereſſent illa fortia pectora, quae hic erant, cum primum ex Aſia huc venirem. In ſiccitate enim, huic, quae nunc eſt, ſimili, fures illos, illos aediles, qui fungi ſunt & ſtipites, & praeterquam quod magiſtratus ſpeciem gerunt, nihil pro ciuium ſalute audent, illos, inquam, egregie

gie coercebant. — *Percolophabant* eſt ex emendatione N. Heinſii.

Cap. XXXV. — *Laudationem* ferculum eſt inſecutum.

Ad haec verba Burmannus: poſſit hic capi pro laudatione funebri, quam ſtolidus Trimalchio, ad laruae conſpectum verſibus illis peregit." Sed ipſo Petronio inſpecto, ſtatim videbis, Vir Cel, Trimalchionem nihil minus peregiſſe, quam funebrem, vt ille vult, orationem. Conſpecta larua, conuiuas verbo ad laute viuendum hortatus fuerat; Viuamus, inquit, dum licet eſſe bene. Quis, amabo, tale quid laudationem vocaſſet. Mirum ni ſcripſiſſet Petronius: *Lauationem* ferculum eſt inſecutum. Vino enim (cap. 34.) manus lauerant; quo facto, iterum ſe ad eſcas conuerterant.

CAP.

CAP. XVII.

Materiam huic capiti ſuppeditabunt minora Virgilii carmina, quorum nouam editionem Te parare dicunt. Cum in his, admodum olim corruptis, nunc, & aliorum, & praecipue Tuis curis multo emendatioribus carminibus, quidam tamen loci criticam opem adhuc admittant, de illis, pro viribus meis, bene mereri ſtudebo.

Culex. v. 46.

Propulit e ſtabulis ad pabula laeta capellas
Paſtor, & excelſi montis iuga ſumma petiuit,
Lurida qua patulos velabant gramina colles.

Vel verum eſt, quod Pithoeus dedit: *Humida qua patulos velabant gramina colles*, vel legendum, quod mihi in mentem venit:

Florida qua patulos velabant gramina colles.

Virgil. Aen. I. 430.

Qualis apes aeſtate noua per *florea rura*
Exercet ſub ſole labor.

Ib. v. 138.

Ilicis & nigrae ſpecies, & laeta cupreſſus
Vmbroſaeque *manent* fagus, ederaeque ligantis
bracchia, fraternos plangat ne populus ictus

In *manent* vitium abſque controuerſia haeret. Fortaſſe leui mutatione veram lectionem deprehendi

Vmbroſaeque *patent* fagus,

vt v. 122.

Nam primum prona ſurgebant valle *patentes*

aeriae platanus.

& mox v. 144.

At volucres *patulis* reſidentes dulcia *ramis*. Cicero de Orat. l. 7. *Patulis ramis* diffuſa platanus.

Culex. v. 151.

Argutis & cuncta fremunt *ardore* cicadis

ardore Tu explicas: per aeſtum. Quod quidem genio huius carminis ſatis conueniret. Durum tamen eſſe neque Tu inficias ibis. Putabam:

Argutis & cuncta fremunt *arbuſta* cicadis

quod firmari poteſt ex Virgil. Ecl. II. 13.

Sole ſub ardenti reſonant *arbuſta* cicadis.

Sed ex eodem loco etiam vulgata defendi poſſit; cum ſcilicet nota res ſit cicadas praeſertim meridiano tempore cantibus indulgere. Theocr. Eid. XV. p. 54. *Ἄνικα τέττιξ Ποιμένας ἐνδίως πεφυλαγμένος, ἐνδόθι δένδρων Ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν.* Ad emendationem meam facere poteſt etiam Theocr. VII. 138. *Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀρο-*

ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες Τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον.

Culex. 125.

— Tum proſiluit furibundus, & illum
Obtritum morti miſit: cui diſſitus omnis
Spiritus exceſſit *ſenſus.* Tum —

Nihil iuuat Aldina, quae — ſpiritus e. ſenſim, praebet. Senſui optime conuenit, quod conieci

cui diſſitus omnis
Spiritus exceſſit *membris.*

Culex. 215.

Praeda Charontis agor: viden' vt flagrantia taedis
Lumina colluceut *infeſtis* omnia templis.

Vel hic locus egregie interpolatus eſt, vt Tu putas, vel leui negotio corrigendum:

viden' vt flagrantia taedis
Limina collucent *infernis* omnia templis.

Sic fere Virgil. Aeneid. v. 4.

Moenia reſpiciens quae iam infelicis Eliſae
Collucent flammis.

Culex. 4. 22

Praemia ſunt pietatis vbi ? pietatis honores
In vanas abiere vices: & rure receſſit
Iuſtitiae prior illa fides.

Mihi

Mihi hoc locus, pace Tua dixerim, ſemper nonnihil corruptus videbatur, quamuis negare nequeo, illum, eo modo, quo Tu voluiſti, explicari poſſe. Fortaſſe ſcribi poteſt,

Iuſtitia & prior illa fides.

vel, ſi audacioribus eſſe licet

Iuſtitia & priſca illa fides.

Petronii Satyr. p. 591.

Huic comes it ſubmiſſa *Fides* & crine ſoluto

Iuſtitia ac moerens lacera Concordia palla.

mox v. 231. vulgatur:

Feror auia carpens
Auia Cimmerios inter diſtantia lucos
Quem circa triſtes denſentur *in omnia* poenae

quam obſcuram dicendi formam cnm leuiori mutari velim. Conieceram enim

Quem circa triſtes *denſentur in agmina* Poenae.

Agmina Poenarum reſtituimus Epigrammati in Cap. XIII. Epiſtolae noſtrae. Conuenit Virgil. Aen. VII. 294.

clipeataque totis
Agmina denſentur campis

Culex. 233.

Nam victus ſedet inmanis ſerpentibus Otos

Deui-

Deuictum moeſtus procul adſpiciens Ephialten:
Conati quondam cum ſint *incendere* mundum.

Acute conieciſti, Vir Ill., legi poſſe — *reſcindere* mundum. Fortaſſe tamen propius ad vulgatam lectionem accedit

Conati quondam cum ſint *inſcendere* mundum.

Culex. v. 264.

Ecce Ithaci coniunx ſemper decus Icariotis
Femineum incorrupta decus manet, & procul illam
Turba ferox iuuenum telis confixa procorum.
Quin miſero Eurydice *tanto* moerore receſſit,
Poenaque reſpectus & nunc *manet*, Orpheus, in te.

Hic locus non vna labe conſperſus eſt. Primum enim *tanto* non habet, quo referatur, & in ſequenti verſu *poena manet in te* prorſus noue dictum eſt. Apud Te iudicium eſto, Vir Summe, an recte emendauerim

Quin miſero Eurydice *infando* moerore receſſit
Poenaque reſpectus & nunc *valet*, Orpheus, in te.

vt

vt innuatur ſcilicet, Orpheo, ne nunc quidem, Eurydicem ſuam licere, vt videat. — Notum eſt illud Virgilii, *Infandum* regina iubes renouare *dolorem.* — Cum hic de Penelope ſermo ſit agedum vnum & alterum in Propertio locum tentabo, vbi eiusdem continentiſſimae mulieris mentionem fecit. L. II. V 15.

Felix Admeti coniunx & lectus Vlyſſis
& quaecunque *viri* femina *limen* amat.

Cum in V. *viri* Codd. varient, & *feri*, *faeri*, *fori* exhibeant, coniecturae locus eſſe videtur, cum intelligi nequeat, quomodo vox notiſſima ſic corrumpi potuiſſet. Putabam

& quaecunque *foci* femina *lumen* amat.

Quod caſtae & rei familiari deditae mulieris eſt. Alter locus legitur L. II. El. VII. 41.

Penelope poterat bis denos ſalua per annos
Viuere tam multis femina *digna* procis.

Fortaſſe nihil mutandum, fortaſſe etiam corrigendum — multis femina *cincta* procis. Ouid. Metam. XII. 216. Caterua matrum cincta virgo.

Culex. 271.

Nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus vndis
Nec moeſta obtentu diro & ferrugine regna,

Defoſ-

Defoſſasque domos ac Tartara nocte
cruenta
Obſita.

Quamuis nos comparare iuſſiſti, Virgil. Georg. II. 376. tamen non poſſum, quin coniecturam hic adſcribam, vanam forſis, & inutilem, eam tamen, quae in cenſum venire poſſit

Depreſſasque domos ac Tartara nocte
cruenta
Obſita.

Virgil. Georg. III. 276.

Saxa per & ſcopulos & *depreſſas* conualles
Diffugiunt.

Culex. v. 305.

Hunc vbi ſollicitum dimiſit inertia ſomni
Interius grauiter mentem aeger: nec tulit
vltra
Senſibus *infuſum* Culicis de morte do-
lorem.

Grauiori aliquo vulnere hic locus laborare videtur. Non magni itaque facio, quod olim conieci

Ingemit et grauiter mentem aeger, non
tulit vltra
Senſibus *incuſſum* Culicis de morte do-
lorem.

Alte-

Alterum *incuſſum* elicui ex lectione mſ. Koeler. qui *incluſum* habet. In re ſimili Virgil. Aen. X. 23.

Ingemuit miſerans grauiter dextramque tetendit
& mentem patriae ſtrinxit pietatis imago.

Pergamus ad Cirin.

Ciris. v. 6.

Longe aliud ſtudium, atque alios ad cincta labores
Altius ad magni *ſuſpendit* ſidera mundi
Et placitum paucis auſa eſt aſcendere collem.

Suſpendit, quod a quibusdam defenditur, vel nullum vel obſcurum ſenſum efficere, optime probaſti Vir Illuſtris. Neſcio, an probaturus ſis emendationem meam, quae ſaltem non longe a vulgatae ſcripturae litteris recedit

Altius ad magni *ſuſpexit* ſidera mundi.

vt v. 228.

Suſpicit ad culti nutantia ſidera mundi.

Virgil. Aen. I. 438. Aeneas — faſtigia *ſuſpicit* vrbis.

Ciris. v. 14.

Si *me* iam ſumma ſapientia pangeret *arce*,
Quatuor antiquis, quae heredibus eſt data conſors —

In

in vulgata nihil ſane eſt, quod magnopere offendat, quamuis, Virgilio tale quid excidiſſe, vix putem. Cum tamen mſc. Helmſt. legat: ſi mea iam ſummas ſ. p. artes, mihi in mentem venit, vt ſcribam

Si mi iam ſummas ſapientia panderet arces.

Ciris. 149.

Cum lapſa e manibus fugit pila, cumque relapſa
Procurrit virgo: quo vtinam ne prodita ludo

Aurea tam gracili ſoluiſſet corpore *palla!*

Locus manifeſte quidem corruptus, ſed in cuius emendatione vix aliquid certi conſtitui poterit. Ed. Aldina & mſ. Helmſt. - *pallam* praebet; quod me induxit, vt corrigam

Auratam gracili ſoluiſſet corpore *pallam.*

Virgil. Aeneid. v. 250. *Victori chlamydem auratam.* Georg II. 464. *Inluſasque auro veſtis Ephyreïaque aera.* Aeneid. VIII, 167. *chlamydem auro dedit intertextam.*

Ciris. 167.

Infelix virgo tota bacchatur in vrbe.
Non Styrace Idaeo *flagrantes picta* capillas
Cognita non teneris pedibus Sicyonia ſeruans,
Non niueo retinens baccata monilia collo.
Multum illi incerto trepidant veſtigia curſu;
Saepe redit patrios adſcendere *prodita* muros.
Saepe etiam triſtis *voluens* in nocte querelas
Sedibus ex altis *coeli* ſpeculatur amorem.

Hic locus egregiis maculis infectus, & aliorum & meis coniecturis, ſic forſitan reſtitui poſſet:

Non Styrace Idaeo *fragrantes tincta* capillos —
Saepe redit patrios adſcendere *percita* muros,
Saepe etiam triſtis *ſoluens* in nocte querelas
Sedibus ex altis *oculis* ſpeculatur amorem.

tingere enim madefacere, vngere audit, apud Propert. IV. 4. 22.

Et

Et ſibi *tingendas* dixit in amne *comas*

& ap. Virgil. Aeneid. III. 664.

Graditurque per aequor
Iam medium necdum fluctus latera ardua tinxit.

ſoluere pro eo, quod noſtrates dicunt: *Luſt machen.*

In Catalectis. Epigr. XIV.

Quis Deus, Octaui, te nobis abſtulit, an quae
Dicunt, an nimio pocula ducta mero?
Vobis in culpa eſt bilis: ſua quemque ſequuntur
Fata, quod immeriti crimen habent cyathi?

Cum diſerte dicatur, cyathos in nulla culpa eſſe, nihil reſtat, niſi vt poeta affirmet, Octauium iracundia mortem ſibi contraxiſſe. Quare corrigam

Mortis ſed culpa eſt bilis.

Anneĉtam his paucas in Propertium conieĉturas.

L. I. El. III. 17.

Nec tamen auſus eram dominae turbare quietem
Experta metuens verbera ſaeuitiae.
Sed ſic intentis haerebam fixus ocellis
Argus vt *ignotis* cornibus Inachidos

ignota cornua ſunt qui defendant, & explicent, Argo ignota, qui ſcilicet neſciret puellam ſub vaccae latere ſpecie. Burmannus, vt hoc probet, multa exempla adduxit, quorum plurima pars ita comparata eſt, vt ea ſuperſedere potuiſſemus. Conieĉturae ſi indulgere fas eſt, omnino legam

Argus vt *inſomnis* cornibus Inachidos.

Moſchus Eid. II. 55.

Ἀμφὶ δὲ δινήεντος ὑπὸ στεφάνην ταλάροιο
Ἑρμείης ἤσκητο· πέλας δὲ οἱ ἐκτετάνυστο
Ἄργος ἀκοιμήτοισι κεκασμένος ὀφθαλμοῖσι

L. II.

L. II. El. X. 53.

Teſtis qui niueum quondam percuſſit Adonin
Venantem Idalio vertice durus aper.
Illis formoſum *iacuiſſe paludibus*, illuc
Diceris effuſa, tu Venus, iſſe coma.

Hunc egregie laborantem locum, variis criticorum curis tentatum, vt apud Burmannum videre eſt, ita ſcribendum arbitrabar:

Dentibus vt niueum quondam percuſſit Adonin
Venantem Idalio vertice durus aper.
Illis formoſum *gemuiſſe in ſaltibus*, illuc
Diceris effuſa, tu Venus, iſſe coma.

Quod Poeta ſatis dignum iudicabas, Vir Ill. — Bion.Eid.I. 7. Κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐπ᾽ ὤρεσι (in ſaltibus) *μηρὸν Ἄδωνις λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς*.

L. II. El. XIX. 55.

Sed tamen & ſcabra teritur robigine mucro
Ferreus & paruo ſaepe liquore ſilex.
At nullo dominae teritur *ſub limine* amor, qui
Reſtat & immerita ſuſtinet aure minas.

 Pro-

Propertium ſcripſiſſe arbitror:

At nulla dominae teritur molimine amor —

L. II. El. XXII. 35.

Adparent non vlla toro veſtigia preſſo
Signa *voluptatis nec* iacuiſſe duos

Quidam Codd. legunt *volutantes*, quod vnice verum eſt. Propertius enim ſcripſit

Signa *volutantes hic* iacuiſſe duos.

Idem mendum olim in Juſtino fuit L. XII. 16. 2.

CAP.

CAP. XVIII.

Iam ad finem huius Epiſtolae, ſat loquacis propero. Miſcella vtut in manum veniebant, in hac vltima pagina congeſta, aequo, vt reliqua, animo, velim, accipias. Stobaeus Flor. XXVI. ex Syndipno Sophoclis corruptiſſimum fragmentum ſeruavit:

Λάθα ΠΙΕΡΙΔΩΝ *στυγερὰ καὶ ἀνάρετος*
ΟΔΥΝΑΣΕΙΣ *θανάτοις εὐποτμότατε*
μελεοῦ ἀνέχουσα βίου βραχὺν ἴσθμον.

In tanta caligine omnes quidem allucinantur, & nemo ſine Codd. ope aliquid certi ſe afferre profiteri poteſt. Auſus ſum tamen, tam deſperato loco, auxilium admouere. Verſus ſic diſponendos & corrigendos arbitrabar

—· *Λάθα*
ΜΕΡΙΜΝΩΝ *στυγερὰ κἀνέραστος*
ΟΔΥΝΑΙΣ, *θνάτοις εὐποτμοτάτη.*

Poeta *obliuionem malorum* mortalibus gratam & dulcem, *ipſis vero malis ſ. doloribus infeſtam* dicere potuit, quippe quae illos depellat, & animo exulat. Pax *γόοισιν ἐχθρὰ* eadem ratione in Suppl. Euripidis. 490. dicitur, quam veriſſimam lectionem, a librariis vero non intellectam, Marklandus e Stobaeo in Euripidem reduxit. — *Λήθη μερίμνων* vero apud Tragicos non raro ſummis laudibus celebratur. Euripid. Or. *ὦ πότ-*

 νια

νια λήθη τῶν κακῶν ὡς εἶ σοφὴ Καὶ τοῖσι δυστύχουσιν εὐκταῖα θεός. Nox apud Orpheum Hym. III. 6. Ληθομέριμν' ἀγαθή τε, πόνων ἀνάπαυσιν ἔχουσα. Obiter corrigam Dion. Halic. A. R. VI. p. 364. περιστρατοπέδευσας αὐτὴν (Sueſſam Pometiam) καὶ οὔτε ἡμέρας οὔτε νυκτὰς ἀνακαλῶν τὸν στρατὸν, ἵνα μήδενα χρόνον οἱ πολέμιοι ἀναπαύσωνται, μήτε ὕπνον αἱρούμενοι, μήτε ΠΟΝΟΥ παῦλαν δεχόμενοι. Sic ſcripſi pro vulgato: μήτε πολέμου παῦλαν δ. quod in poeta ferendum eſſet, apud quos πολεμος pro μάχη ponitur. Hic vero inſuper de obſidione agitur. Ant. R. IX. p. 643. οὔτε ἡμέρας οὔτε νυκτὰς ἀναπαυσάμενοι τῶν πόνων. Ariphron Hymn. in Hyg. πόνων ἀμπνοὰ πέφανται. Contra forſitan in Hymno Homerico in Dioſcuros v. 16. pro πόνου, πλόου ſcribendum eſt

> Κύματα δ' ἐστόρεσαν λευκῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν
> ναύταις σήματα καλὰ πλόου σφισιν.

vt Theocrit. Eid. XXII. 22. qui Homericum locum ante oculos habuiſſe videtur. In Anytes Epigr. V. Venus in mare proſpicit ὄφρα φίλον ναύταισι τελῇ πλόον.

Sophocles in amatoribus ap. Stob. Flor. LXII. p. 397.

> Ἔρωτος γὰρ νόσημα ἐφήμερον κακὸν

quod metrum offendit. Lego

> Ἔρωτος ἀῤῥώστημ' ἐφήμερον κακὸν.

νόσημα

νόσημα ex gloſſemate ortum. Contra metrum vulgatur etiam ap. Stob. Flor. IV. p. 33.

ἐνταῦθα μέν τοι πάντα ἀνθρώπων νοσεῖ
κακοῖς ὅταν θελῶσιν ἰᾶσθαι κακά

Scribendum videtur:

ἐνταῦθα μὲν τοι πάντα τῶν βροτῶν νοσεῖ.

Qui multa in Stobaeo feliciter reſtituit, Grotius, non pauca etiam turbauit. Ante eum in Flor. Tit. CV. p. 349. duo Sophoclis verſus ſic legebantur

τόδ' εὐτυχοῦντα πάντ' αριθμήσας βροτῶν
οὐκ ἔστιν ὄντως ὅντιν' εὑρήσεις ἕνα.

ille exſcribi iuſſit: *τόνδ' εὐ. π. α. βροτοῦς.* Mihi Sophocles potius ſcripſiſſe videtur

τιν' εὐτυχοῦντα πάντ', ἀνάθρησας, βροτῶν

ἀναθρεῖν eſt accurate perſpicere. Bene firmat coniecturam noſtram v. 256. in Oedip. Col. *οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτῶν ὅστις ἄν εἰ Θεὸς ἄγοι γ', ἐκφυγεῖν δύναιτο. εὐτυχοῦντα πάντα* iungenda ſunt. Bacchyl. ap. Stob. CIII. *οὐ γάρ τις ἐπιχθονίων πάντ' εὐδαίμων ἔφυ.*

Epigramma Leonidae Alexandrei XXXVI. in Anal. Vol. II. p. 197. ſic vulgatur

Οὐ μόνον ἐνάροτον βόες οἴδαμεν αὔλακα τέμνειν
ἀλλ' ἴδε κὴκ πόντου νῆας ἐφελκόμεθα
ἔργα γὰρ ΕΙΡΗΝΗΣ *δεδιδάγμεθα · καὶ συ θάλασσα*
δελφῖνα γάη ζεῦξον ἀροτροφορεῖν.

 Cum

Cum in his ſenſus ſibi parum conſtet, legi velim

ἔργα γὰρ ΣΙΡΕΣΙΗΣ δεδιδάγμεθα.

"Nos boues didicimus ea quae nauigationis ſunt. In mari igitur occupati cum ſimus, tu o! mare par pari referas, & delphines in terram mitte, quae aratrum ducant." vt hic τέμνειν ἄυλακα ſic θαλάσσαν τέμνειν legitur in Orphei Argonaut. 1098, quem locum vt emendandum puto, adſcribam:

— σὺν δ'ἔσπετο ποντόπορος ναῦς
Τέμνουσ' ὑγρὰ κέλευθα παρὰ ξυστοῖς κρο-
κάλοισιν
οὐ γὰρ ἑ λιγὺς οὖρος ὑπὸ πνοίῃσιν ὄρινε
βυκτάων ἀνέμων ΛΕΙΗΝ ἅλα· κῶφα δὲ
πόντος
κεῖθ' —

vulgo β. α. ΚΛΕΙΝΗΝ ἅλα. de voce λεῖος diximus in Cap. II. p. 11. Epiſtolae noſtrae.

In Epigrammate VIII. (Anal. II. p. 351.) Nicarchi v. 9. Brunkius ſic edidit

ἦν δὲ πίνῃς ἐπίτηδες, ἔχων πάθος, ἔστι καὶ
ἄλλα
τέχνα, τῷ ῥοπάλῳ τὰν κεφαλὰν λέπομες.

Sunt haec Panis ad fontem poſiti verba, qui hauſtum aquae, cui adſtabat, viatoribus permittens, illos tamen prohibere ſtudet, ne in puriſſimo riuo lauent. Huic imperio, verba ſupra poſita, ſubiungit, in quibus vox πίνῃς mendi manifeſta

eſt:

eſt, quod & animaduertit Cl. Editor, & cum Reiskii ποιῆς permutandum cenſet. Fortaſſe & ſic ſcribi poteſt:

ἦν δὲ πινοῖς ἐπίτηδες.

"Si vero data induſtria hanc aquam ſordibus inquinabis, tu qui cinaedus es."

Rufinus Epigr. XIII. (T. II. p. 393.)

Ποῦ νῦν Πραξιτέλης; ποῦ δ' αἱ χέρες αἱ Πολυκλείτου
αὐταῖς πρόςθε τέχναις πνεῦμα χαριζομέναι;

Fortaſſe Rufinus dederat:

αὐταῖς πρόςθε πέτραις πνεῦμα χαριζομέναι.

"qui ipſis *marmoribus* vitam dabant."

Ineptiſſimum eſt, quod legitur in Homerico Hymno in Merc. 185.

— — αὐτὰρ Ἀπόλλων
Ὀγχηστόνδ' ἐφίκανε, κιὼν πολυήρατον ἄλσος
Ἁγνὸν ἐρισφαράγου Γαιηόχου· ἔνθα γέροντα
ΚΝΩΔΑΛΟΝ εὗρα νέμοντα παρὲξ ὁδοῦ ἕρκος ἀλωῆς.

Egit de hoc loco Cl. Groddek in Diſſertatione de Hymnis Homericis, qui hunc corruptum & a Barneſio perperam defenſum locum ſic emendabat

ἔνθα γέροντα
Ἰκμάδα εὗρε νέμοντα

quod

quod a vulgata lectione magis recedit, quam par eſt. Conieci

> ·ἔνθα γέροντα
> ΚΩΤΙΛΟΝ εὗρε δέμοντα παρὲξ ὁδοῦ ἕρκος ἀλωῆς

quod certe ad litterarum ductus proxime accedit

Vnum hic & alterum locum Euripidis emaculemus. In Heraclid. v. 514.

> Κᾆπειτα ΔΕΤΙΝΑ πατρὸς οὖσαν εὐγενοῦς
> Παθοῦσαν ᾄδην μηδὲν ἧσσον εἰσιδεῖν.

rectiſſime mihi emendaſſe videor

> Κᾆπειτα ΔΕΙΝΑ πατρὸς οὖσαν εὐγενοῦς
> Παθοῦσαν.

Vberrimus enim corruptelarum fons, litterarum inepta diſtractio fuit. Supra data exempla hic paucis augeamus. Apud Antoninum Liberalem Metamorph. Cap. VI. legimus: δεηθέντος δὲ Ἀπόλλωνος μὴ αὐτὸν ἀπολέσθαι πανώλεθρον, ἘΠΕΙΠΕΡ' ΙΣΟΣ αὐτὸν ἐτίμα. Vix dubito emendari debere: ἐπεὶ ΠΕΡΙΣΣΩΣ αὐτὸν ἐτίμα. Antiquiſſimum mendum inſederat Hyperidi, quod & Pollucem deduxit, vt putaret κόρην quod *pupulam* audit, nummi genus eſſe. Scribitur ap. Iul. Pollucem. IX. c. 6. ſ. 74. Ἀλλὰ μέντοι καὶ κόρη νόμισμα παρ' Ἀθηναίοις ἦν, ὡς Ὑπερίδης, τῷ παιδίῳ τῆς ἐν Βραυρῶνι ἱερείας, τῶν ἀναθημάτων τὶ λαβόντι, παραβληθῆναι λέγων ἐπὶ πεῖρᾳ συνέσεως

κόρην,

κόρην, ΕΙΠΟΙΣ Δ'ΑΝ καὶ τετράδραχμον. Ad hunc perquam difficilem locum docta quaedam animaduertit ſummus Hemſterhuiſius in Valeſii Emendd. l. II. c. XIII. p. 19. qui Hyperidem — κόρην ἔψια τ' ἄττα ſcripſiſſe putat. Difficile eſt cum tanto colluctari viro. Tamen facilius eſt, ſi quid video, quod ego ſuſpicatus ſum: — κόρην ΕΙΣ ΠΑΙΔΙΑΝ καὶ τετράδραχμον. *Pupulam in luſum & tetradrachmam.* Quod ex Aeliano V. H. l. V. c. 16. firmari poteſt, qui idem narrans, his verbis vtitur: Ὁι οὖν δικασταὶ παίγνια·καὶ ἀστραγάλους πρὖυδηκαν τῷ παιδὶ καὶ τὸ πέταλον (*folium aureum.*). Emendandus, ni fallor, Euripides in Helena. v. 1397.

Πέπλους δ' ἀμείψας ἀντὶ ναυφθόρου στολῆς
"Α ΤΩ νιν ἐξήσκησα καὶ λουτροῖς χρόα
"Εδωκα χρόνια νίπτρα ποταμίας δρόσου.

quae corrupta eſſe nemo non vidit. Equidem tentaui

Πέπλους δ' ἀμείψασ', ἀντὶ ναυφθόρου στολῆς
ΦΑΡΩι νιν ἐξήσκησα, —

Sic Sophocles in Oedip. II. 1666. λουτροῖς δέ νιν Ἐσθῆτι δ' ἐξήσκησαν.

In Hercule furenti v. 1094.

Ἰδού τι δεσμοῖς ναῦς ὅπως ὡρμισμένος
νεανίαν θώρακα καὶ βραχίονα
πρόσειμι θραυστῷ λαϊνω ΤΕΙΧΙΣΜΑΤΙ

id

id, quod hic *λάϊνον τείχισμα* vocatur, ſupra v. 1011. *κίων* erat. Quare forſitan legere poſſis

πρόσειμι θραυστῷ λαϊνῳ ΓΈΡΕΙΣΜΑΤΙ.

Non intelligo, quod vulgatur in Calliſtrato, ſtatua. VII. de Baccho: *Ἑιστήκει δὲ* ΤΗΝ ΛΥΡΑΝ *ἐπερείδων τῷ θύρσῳ.* Qualis hic fuerit corporis habitus, excogitare nequeo. Velim Tibi probare poſſim, Vir Summe, quod ſcribendum eſſe ſuſpicatus ſum: *Ἑιστήκει δὲ* ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ *ἐπερείδων τῷ θύρσῳ.* Sic certe intelligimus, quid Calliſtratus voluerit.

Euripides in Danaë ap. Stob. T. VII.

Φεῦ τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἁπανταχοῦ
Τρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

Euripides mihi dediſſe videtur:

Βλέπει χαράκτηρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

Adſcribam hic fragmentum ex Andromeda eiusdem tragici, quod nouiſſima fragmentorum Euripidis collectio, a Bekio V. Cl. inſtituta, non habet, & quod legitur in Anecdotis Villoiſſonii T. II. p. 91. *ὡς παρὰ τῷ Ἐυριπίδῃ παρεισάγεται ἡ Ανδρομάχη* (l. *Ανδρομέδα* Vill.) *λέγουσα τῷ Περσεῖ.*

ἄγου δὲ μ' ὦ ξεῖν' εἴτε πρόςπολον θέλεις
εἴτ' ἄλοχον, εἴτε δμωΐδα.

In iisdem Anecdotis T. II. p. 94. fragmentum Sophoclis legitur, quod vt corrigendum puto, hic

hic addam: *ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ εἰσῆκται λέγων Ὀδυσσεὺς τῷ Διομήδει.*

> *Ἐγὼ δ' ἐρῶ σοὶ γ' οὐδὲν δεινὸν· ἀλλ' ὅπως*
> *φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονὸς,*
> *οὐδ' ὡς ὁ Τυδεὺς, ἀνδρὸς αἷμα συγγενοῦς*
> *τίσας, ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται,*
> *οὐδ' ὡς πρὸ Θηβῶν ὠμόβορος ἐδαίσατο*
> *τὸν Ἀστάκειον παῖδα διὰ κάρα ταμών.*

v. 3. ſcripſi *ὡς ὁ Τυδεὺς* pro *ὡς Τ.* v. 4. *τίσας* pro *κτείνας.* *αἷμα τίειν.* eſt caedem luere, poenas caedis perſoluere, vt *ἐφ' αἵματι φυγεῖν* caedis reum eſſe. v. 5. *ὠμόβορος* pro *ὠμοβρωτας.* & *ἐδαίσατο* pro *ἐδαΐσατο.* v. 6. *Ἀστάκειον* pro *Ἀστάκιον.*

In Athenaeo l. XI. p. 460. F. corrupte locus Cratini iunioris ſic vulgatur: *Κρατῖνος δ' ὁ νεώτερος ἐν Χείρωνι· πολλοστῷ δ' ἔτει ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδε ἥκω συγγενεῖς καὶ φράτορας καὶ δήμοτας*

> *Εὑρὼν μόλις εἰς τὸ κυλικεῖον* ΕΓΓΡΑΦΗΝ
> *Ζεὺς ἔτι μοι ἕρκιος ἐστι φρατόριος*
> *τὰ τέλη τελῶ.*

Vbi facile vides, V. III., multa corrupta & male diſpoſita eſſe, & ſane neſcio, an in reſtituendis & verſibus & verbis ſatis felix fuerim. Putabam ſcilicet:

> *— πολλοστῷ δ' ἔτει*
> *ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδ' ἥκων συγγενεῖς*

καὶ

καὶ Φράτορας καὶ δήμοτας εὑρὼν μόλις
ἐς τὸ κυλικεῖον ΕΤΡΑΠΗΝ [*οὕτως λέγων*]
Ζεὺς ἐστί γ' ἕρκιος ἔτι Φρατόριος τ' ἐμοι
τὰ τέλη τελῶ.

Bibuli hominis verba, qui amicis & neceſſariis amiſſis, paratum ſolatium in poculis & vino habebat.

Sed haec ſpecimini ſufficiant. Tempora enim Tua, Vir Illuſtris, quae tota in litterarum reipublicae ſalutem impendere ſoles, longius morari nefas eſſet. Vtinam Tibi in tanta farragine aliqua ſaltem placuiſſent; tunc me non plane inuitis muſis natum ſcirem, & animos forſitan ad maiora caperem. Nunc enim iuuenes iuuenilia damus, & a noſtra aetate maturos fructus expectare non poteras. Quae vero non prorſus infelicia forſitan protuli, ea ad Te, & ad Strothium, virum & humanitate & doctrina eximium, quem triſtes adhuc lugemus, & ſi fieri poſſet noſtrâ vitâ a Manibus redimeremus, relata volo. Tu, Vir Illuſtris, me ama mihique faue. Vale.

INDEX

INDEX AVTORVM,

QVORVM LOCA IN HOC LIBELLO TENTANTVR.

AELIANVS. - - 22
ANTHOLOGIA LATINA. 66. 67. 68. bis 69. 70. 71. 72. 73. 74. bis. 75. 78. 79. bis. 80. bis. 81. 82. bis.
ANTIMACHVS. - - - 2
ANTONINVS LIBERALIS. - 108
APOLLODORVS. - - 19

)(BA-

BABRIVS. - - - 17. 18
BION. - 53. bis. 54. bis. 55. bis. 56
CALLISTRATVS. - - 55. 110
VALERIVS CATO. - 70
CRATINVS. - - 111
DIO CHRYSOSTOMVS. - - 11. 43. 55
DIONYSIVS HALICARNASSENSIS. - 104
EVDOCIA. - - 31
EVRIPIDES.
Supplices. - 26. 58. bis. 60. 61. bis.
Bacchae. - - - 49. ter.
Heraclidae. - - 108
Helena. - - 13. 62. 109
Ion. - - - 59
Hercules furens. - 10. 109
Danaë. - - - 29
Fragmenta. - - 11. 12. 16. 110
EPICEDION DRVSI. - - 75
EPIGRAMMATA GRAECA. 1. 15. 62. bis. 63. 69.
105. 106. 107
HOMERI ILIAS. - - 32
Hymnus in Cererem. - - 1 — 8
Hymnus in Dioscuros. - - 104
Hymnus in Mercurium. - - 108

HYPE-

HYPERIDES. - 108
LONGINVS. - 20. 21
LONGVS. - 20
LVCIANVS. - 18. 19. bis. 43. 69
MOSCHVS. - 54. 56. 57
ORPHEVS. - 106
PETRONIVS. 76. 77. 84. 85. bis. 86. bis
PHILOSTRATVS. - 22. 50
PROPERTIVS. 94. bis. 100. 101. 102. bis
QVINTVS SMYRNAEVS. 36. 37. — 40
SCHOLIASTES ARISTOPHANIS. 11. 50
SCHOLIASTES THEOCRITI. - 41. bis
SOPHOCLES.
Aiax. - 9. 10. 24. 34
Electra. - 14. 25. 26
Antigone. - 30. bis. 32. 33
Oedipus Tyrannus. - 35
Oedipus Coloneus. - 26. 28. bis
Trachiniae - 35
Fragmenta. - 13. 16. 103. 104. 105. 111
STOBAEVS - 105
SVIDAS. - 21. 42. 43. 84
THEOCRITVS. 42. bis. 44. 45. bis. 46. 47. 48. bis. 49. 50. 51. bis. 52

X 2 TIBVL.

TIBVLLVS. 65
VIRGILIVS.
Ciris. 79. 96. 97. bis. 98
Culex. 89. 90. 91. bis. 92. 93. bis. 95. bis
Epigramma. 99

Errores typographici.

p. 13. l. 17. *τόδ'* pro *τάδ'.*
p. 32. l. 19. dele comma poſt *φίλε.*
p. 37. l. 2. dele comma poſt *δαΐφρων.*
p. 51. l. 1. *πατὲρ* pro *πατὴρ.*
p. 63. l. 9. *μελεῖς* pro *μιλεῖς.*
p. 97. 14. *inducit* pro *induxit.*
p. 106. l. 2. ΕΙΡΕΣ. pro ΣΙΡΕΣ.
ib. l. 6. *qui* pro *quae.*
ib. l. 7. *θάλασσ.* pro *θέλασσ.*
p. 107. ib. Ογχήστονδ' pro Ογχήστ.

VA1
1532629